

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Expositionis Apocalypsis pars secunda, lib. VI-X - Cod.
Aug. perg. 100**

Ambrosius <Autpertus>

[Reichenau ?], [9. Jahrh.]

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-92471](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-92471)

Ascribuntur isti Commentarij Ambrosio Ansherto Monacho Benedictino, qui uixit sub Arnulpho

PARS SECUNDA

Imperatore circa annum
Dni. 1000. XC.

EXPOSITIONIS

CAEPTIS IOHANNIS

APRIMARUM

SPICVLI INCIPIIT LIBER ^{Inchoat:} ^{Ex tuis.}

In fulgente gratia redemptoris nri. quanullis praecedentibus bonorum actuum meritis caelestibus indigni perfruemur donis. Nuper in prioribus apocalypsis parabus quinque edidi libros. Nunc autem eadem gratia amuente. Immo etiam impellente. ad ea que restant. enodanda scilum conuerto. Quia notariorum solatia deesse uidentur. ea que dictauero manu propria exarare contendo. Et nunc quidem solius diuinae aspirationis instinctu. Nunc uero ad luncta etiam ammonitione fraternae idagere tempto. Quis autem postquam omnes ecclesiastici scriptores siluerunt hoc agere faudeo. In initio huius operis uera suffragante ratione. lectori satis fecisse mereolo. Ostendens utique nequaquam me ausu temeritatis. sed diuina gratia ad hoc opus impulsus. Sed nec mirum esse si nunc sps scs per hominem utcuque xpianum sua uerba depromat qui dudum

in augie maioris.

per impia prophetauit tempusque per omnia scripturas differendi esse si
gratia cuiquam dignetur adesse. nec praediciendum esse quo quisque tempore
scribat. sed hoc solummodo discernendum. utrum nam ueni & catholica an falsa
& heretica sint. quae describit. Sed uero dupsim in mea excusatione repetens
fastidium lectori generem. ad expositionis tantum exordium. loquutionis
conuerto sermonem. Igitur postquam iohannes factum in caelo proelium mag
num atque antiquum hostium in terra detectum fuisse uocem que in caelo laetan
tium pro eius deiectione ac sua ereptione audisse se diceret. Illico de reprobis
sententiam protulit dicens. Uae terra & mari quia descendit diabolus
ad uos habens iram magna. sciens quod modicum tempus habet.
In quorum scilicet corda terre marisque nomine designans. atque uersutus
inimicus ab electis exclusus descendit. Non quo & ante in eis non esset. sed
quo expulsus a non suis quos ante iniuste possidebat. amplius suis reprobis
scilicet dominari coepit. Quae recte uocabulo terrae designantur quia
contemnentibus caelestia terrenis semper desideris inhiant. despicien
tes aeterna. ad ipsa temporalia desiderant. De quibus in primo ma
ledictionis sententia antiquum serpentem dicitur. terra comedet
cunctis diebus uitae tuae. Bene autem maris nomine idem ipsi desig
nantur quia semper & superbiae fluctibus tumidi. & uitiorum inueniun
tur in lecebris amarissimis. De quibus recte iudas ap. dicit. Hi sunt fluct
us feroces maris dispumant dispumantes suas confusiones. Quibus scilicet
idcirco uae futurum praedicitur. non quod illis uetere terram deesset. & iam
si inimicus ab electis non excluderetur. Sed quo ualidius ab eo possessi
nequius per eos malitiae suae nequitias exeret. quam faceret si de ecclesia
erectus non fuisset. Qui que tanto fit feruentior ad seuitiam. quanto
se uiamorem sentit ad poenam. Considerat quippe quod iuxta sit
ut licentiam nequissime libertatis amittat. & quanto breuitate
poris angustatur. tanto multiplicitate crudelitatis expanditur.
Unde & hic quoque recte dicitur. Uae terra & mari quia des
cendit diabolus ad uos. habens iram magna sciens quod

modicum tempus habet. Quia enim presentis tempus quandoque debito fine
 concluditur quilibet prolixis morarum spaciis proleatur ab ipso & iam ex
 cordiosum modicum esse ueraciter dicitur. Quantomagis aduersario nro.
 a tempore redemptionis ex quo apostolica uoce clamatur. Nouissima ho-
 ra est. ad exercendam malitiam suam angustum uidetur. Absit autem
 a fidelium cordibus. ut hunc nullis supernis sedibus pugnare ualuisse cre-
 dant. aut illam primam eius ruina in hac apocalypsi narrare existi-
 ment. sed in aduentu redemptoris hoc proelium in ecclesia quae caelum
 est factum fuisse. Ex quo in eodem caelo apostolica uoce clamatur.
 Non est uobis conluctatio aduersus carnem & sanguinem. sed aduersus
 principes & potestates. aduersus mundi rectores tenebrarum harum.
 contra spiritalia nequitia in caelestibus. Maxime cum & eo prolecto-
 statum in laudibus do dicitur. Cecidit accusator fratrum nrorum. q
 accusabat illos ante conspectum dñi die ac nocte. In quibus scilicet uerb
 patenter intellegi datur. non de prima eiruna hoc dictum fuisse. Si enim
 ut uerū ē angelus prima homo uero sexta die est conditus a postata autem
 spiritus dño ad firmante in ueritate non fecit. ac per hoc statum ut creatus ē
 cecidit. Unde & cum homo conderetur. iam ille serpens erat qui homini
 inuideret. Si inquam hoc ita est. Quomodo in hac apocalypsi cū proici
 de celo dicitur accusasse ante fratres die ac nocte. assertitur. & certe
 quando ille tunc cecidit. homo adhuc non erat quem accusaret. Restat
 ergo ut hanc eius ruina. & in aduentu redemptoris nostri factam fuisse.
 & nunc usque fieri credamus. Hinc enim fortis ecclesiae proliator dicitur.
 Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Sciendū uero nobis est. quia
 sic generaliter hoc praesens tempus ab aduentu redemptoris modicum
 uocatur. Atque in tribus annis. & sex mensibus sepe describitur. Ut illud
 specialiter comprehendat quod futurum est sub antichristo. In quo &
 diabolus solui describitur dum de eo dicitur. O portet eum solui modico
 tempore. Cur autem totum hoc ecclesiae tempus tribus annis & sex
 mensibus generaliter designetur. patet ratio. Propterea euangelicam

Nullā uī diaboli in
 lo habuisse p̄liandi

scilicet praedictionem quae trium temporum & dimidi spacia edita fu-
isse cognoscitur. Quoad ergo haec eadem mundum circum totum eius
tempus in suo quo edita est. designat. Sciendum & iam quia quoad
hoc quod dicitur. uae terrae ad omnes generaliter reprobos pertineat
quos hostis antiquus possidens contra ecclesiam deservit. specialiter tamen
illiterae ac principaliter congruit de qua per prophetam dicitur. Uae
terrae cimbalo alarum quae est transflumina & hiopiae quae mittit
in mari legatos in uasis papiri super aquas. Terra quippe cui uae dicitur.
ille principaliter damnatus homo est uidelicet antichristus quem diabolus
singulariter adsumit. Quia alarum cimbalum uocatur. quia hi qui
per superbiam in altitudinem cogitationis euolant. Et uidem peruersum
hominem praedicando sonant. Quae scilicet terra recte transflumina
& hiopiae esse perhibetur. & hiopia enim nigrum populum mittit.
& omnem hominem mundus iste. quia peccatorem profert quasi
nigrum & hiopia populum parit. Sed terra cui uae dicitur transflumi-
na & hiopiae esse perhibetur. quia damnatus ille homo tota immensitate
iniquus est. ut omnium peccatorum peccata transcendat. Quae mittit
in mari legatos. quia per praedicatores suos in saeculo spargit. De quibus
recte subditur qualiter mittitur dum dicitur. In uasis papiri super
aquas. Ex papiro quippe carta est. Quae itaque per papirum. ni-
si saecularis scientia designatur. Uae ergo papiri sunt corda doctoy
saecularium. In uasis igitur papiri legatos super aquas mittere est.
praedicationem suam in sapientium carnalium sensibus ponere
& defluentes ad culpam populos uocare. Sic & iam quamuis generaliter
omnibus reprobis uae mari congruat. quod nunc diuino imperio pro-
prius terminus refrenatur. Ad illud tamen specialiter refertur quod
in nouissimo ultra terminos egressum cuncta operit superficiem terrae.
Dicit ergo. uae terrae & mari quia descendit diabolus ad uos habens
iram magnam. sciens quod modicum tempus habet. Ac si diceretur.
Generaliter quidem uae terrae & mari ad omnes pertinet iniquos

specialiter tamen illi peruerso homini eiusque complicibus pertinere uideatur. Tamquam eiusdem diuina uox diceret. Idcirco specialiter uae uobis futurum denuntio. quia solutus diabolus cum modicum sibi superesse conspexerit. uersutus per uos iratus contra ecclesiam deseuit. Iratus utique non contra uos terra & mari figuratos. sed contra eos qui in caelo habitant aquibus uictus excluditur. Unde & sequitur. **Et postquam uidit** draco. quod proiectus est in terram persequitur se mulierem quae pepererat masculum. Ipsa designatur per mulierem. quae & per caelum. Et cum diabolus de caelo proiectus persequitur mulierem. nimirum caelum insequitur in muliere. Electorū autem ecclesiam ut supra iam diximus. Idcirco diuinum eloquium mulierem appellat. quia ab sponso caelesti tanquam sponsa anulo fidei subarratur. ei que sacramentis caelestibus uita & moribus uxor coniungitur. atque eundem xpm praedicationis uerbo in cordibus xpianorum ut matris parere uidetur. Haec enim est illa sponsa. cui ad dno per yph & an dicitur. Disponsa autem mihi iniustitia & cuius membra paulus alloquitur dicens. Disponde mihi uos in uirgo uirginem castam exhibere xpo. De qua & iam in hac apocalipsi angelica uoce ad iohannem dicitur. Ueni & ostendam tibi sponsam uxorem agni. Ipsa & iam ut diximus mater est. quae sponsa & uxor. quia nouos populos cotidie dō gignit. ipsos sponso uiro & filio ecclesiae attestante. si quis fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis est hic meus frater soror & mater est. Credendo ergo sponsa. operibus inherendo uxor. uocibus praedicando mater efficitur xpi. Toties enim xpm parit. quoties officio praedicationis membra eius quae nos sumus ad fidem & operationem conformat. & notandum quod malignus draco ab aduentu tantum redemptoris principaliter in se & muliere. Quia & si in patriarchas atque prophetas gentilitatem adhuc in habitans malitiam suae crudelitatis exercuit dno ad apostolos dicente. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos. Tamen ad comparationem illius scitiae quam postea quā de illa expulsus est

Desponsa uxor agni.

De regno anticristi.

Interrogavit persequitodici non potuit . Nam ut ita dixerim hanc uer-
nosus serpens in exorcho naturae suae persequutus est . cum innocen-
tem abel parricidalicam in uicinia interfecit . hanc usque ad cluentium
in singulis patribus tamquam adhuc ad uis centulam ac fidei anulo
subarratam persequi nequaquam desinit . Sed hanc in xpo conuinctam
nouam intuens nuptam ac ruis persequi adgressus est . Cum hanc in
quam fidei uerbo plenius graudari aspexit . seque ab ea exclusum cog-
nouit uehementer ingemuit atque ad argumenta persequutionum cal-
lidius semet ipsum conuertit . Alios enim hoc in tempore per mem-
bras sua lapidibus obruit . alios igne consumpsit alios terrae . hiatus hu-
manae uitae subtraxit alios gladio peremit . Alios fluctibus aquae edi-
merit . Alios per praeceps comminuit . Alios crucis patibulo adfixit .
Alios uerberibus extinxit . Alios fenarum dentibus lamauit . Alios
serpentibus tradidit . Et haec quidem religatus contritione exsur-
get . Cum & ipse uinculis diuinae potestatis absolutus & ecclesiae xpm quem
diu parcurrit gaudens emixa masculum fuerit . Tunc quicquid calli-
dus quicquid malignus excogitare ualuerit cum illum damnatum
hominem possederit contra eam exercet . Tunc & iam quod adhuc
nusquam apparuit . subtrahit ab ecclesia magna ex parte signis atque
uirutibus . persequutores eiusdem ecclesiae & falsis miraculis co-
ruscabunt . Unde & in euangelio dñs dicit . Tunc surgent pseudo xpi
& pseudo prophetae . & dabunt signa magna & prodigia . ita ut terrore
inducantur si fieri potest & iam electi . O quam dura erunt corporis
uulnera atque omnium cruciamentorum tormenta sed quam dura
oraerunt aduersariorum miracula . Et quidem ecclesia in priorib;
suis persequutionibus habuit solatia ex miraculorum signis . sed in extre-
mis & miraculis careat . & grauissimas persequutiones sentit . & uis
con quamuis robustissimi inter persequutorum miracula & sua uulnera
non a fundo quatatur non formidolosa trepidatione moueatur nul-
lum ne erit adiutorium . Erat certe . Tanto namque robustior tunc

exercit . sed uehementissime tunc contra ea .

scorum erit constantia. quanto in maior persequutorum saeuitia; Sed iam
 nunc uideamus quod sit maximum saluationis eorum adiuuentum. per quod
 Insticho uitae praesentis hostem callidum ualent superuido euadere.
 ¶ **DOMINUS SEQUITUR**; Et datae sunt mulieribus duae. Alae
 §. aquilae magnae ut uolaret in desertum in locum suum ubi alatur per te
 §. pus & tempora & dimidium temporis a facie serpentis; Sic dicitur
 datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae. Tamquam diceretur. hoc
 donum ipsa mulier meruit. ut aquila magna efficeretur; In duabus autem
 eiusdem mulieris alis. siue duorum testamentorum eloquia. siue duo
 caritatis praecepta in quibus tota lex pendet & prophetae. siue actiua in uita
 atque contemplatiua. non in congrue dicimus figurari. quibus subiec
 ta ecclesia. In quietos uitae praesentis tumultus deserens solitudinem
 petit in qua locum suum inueniat; & quae est illa solitudo misericordiae electorum
 a diuinitatis desideriorum tumultibus quiescit. Scilicet enim uiri se ipsos
 desertum quidam faciunt. ut habeant quo fugere possint. prius namque
 a se inordinatos desideriorum motus. manus a considerationis
 ericiunt. ut postmodum quidam locum in ipsa cordis solitudine quo fugere
 possint inueniant; Quia enim transitoria cuncta despiciunt. ex his nas
 centes cogitationum insolentias non patiuntur; Solam namque ad
 nam patriam appetunt. & quia nulla huius mundi. diligunt. Magna
 mentis tranquillitate perfruuntur; In qua uidelicet solitudine locum
 inueniunt quo fugientes saluentur. quia uidelicet in secreto mentis a que
 rentibus disbiuentur. cui per psalmistam dicitur; Ego michi in domum pecc
 torem & in locum refugii ut saluum me facias; Ad hanc solitudinem in qua lo
 cus inuenitur refugii. auolare concupierat idem psalmista cum diceret;
 Quis dabit michi pennas sicut columbae & uolabo & requiescam. Ad qua
 uidelicet solitudinem iuxta desiderium uoluntatis suae deductus
 locum quo quiesceret & querebat dicens. Ecce longa uis fugiens & mansi
 in solitudine expectabam cum qui me saluum faceret. a pusillo animo
 & tempestate; Ad hanc enim ipse confugerat cum diceret;

De solitudine
 scorum.

Unam peti ad dno hanc requiram. ut in habitum in domo dmi. & frequenter
quippe terrenorum desideriorum fugiens ad magnam uidelicet solitudi-
nem semetipsum ubi eo tutus nihil ex tuncu conspicere & quomodo pe-
tem nihil amare. ac inultu pernam corporalium magnum quoddam
secessum petierat quietam mentem. In quietate paruis dmi cernere &
quanto hunc cum se solo solum inuenire. Quis uero huius malis
abus est quousatur in deserto. nisi ille quietus locus deserti. ipse enim
temporalia fugientibus uia ipse ad solitudinem peruenientibus
locus. ipse in eadem solitudine esurientibus cibis. In loco autem de-
serti per tempus & tempora & diu diu temporis hoc cibo mulier
uesci perhibetur. subaudi per totum hoc tempus uitae praesentis. quo
euangelica perfectio eorundem temporum quantitate prolata. e-
lectorum numerum creatoris sui amore succensum. ad aeterna ac subli-
ma contemplanda terrenorum desideriorum tumultibus remouens.
dum perficit solitariū reddit. De qua solitudine hieremias dno dicit.
A facie manus tuae sedebam solus. Hinc ipsum perfectorum caput. per
psalmistam loquitur dicens. Similis factus sum pellicano in solitudine
factus sum in caetera in domicilio. uigilauit & factus sum sicut passer solita-
rius in tecto. Illa ergo mulier persecutionem draconis euadit. quae duab;
alibus utens in desertum in locum suum auolat. quia uidelicet electorum ecclesia
siue duorum testamentorum uerbis & exemplis siue duobus caritatis prae-
ceptis. a terreno amore suspensa ac per hoc solitudo effecta. dmi intra-
se locum refugii inueniens eius uirtute ac protectione. & occultas ini-
mici insidias praecauere. & apertas persecutiones nouit contemnere.
Qui uidelicet fit ei & iam cibis. quia omnipotens dsi quos protectione
defendit. in interna contemplatione reficit. Sic demque dudum po-
pulus ille haebraicus persecutionem pharaonis fugiens. columna nubis
in die & ignis in nocte ueluti duabus alibus in tecto fultus. in desertum
quo manna uescebat peruenit. Pharaonamque israhalem
persequens. figuram gerebat huius draconis. ac uis faciem mulier ista

De columna in die
& ignis in nocte.

a colare dicitur in deserto. Unde & in ipso eundem pharaoni dicitur. Pha-
 raonem magis quicubas in medio fluminum tuorum; Populus autem ista
 hanc eandem mulierem designabat. immo magis in ipsis ista mulier erat.
 Columna uero nabis in die & ignis in nocte ut dictum est uetus & nouum tes-
 tamentum figurabant quae ad patriam euntibus iter ostendunt; Nu-
 bes & enim in die uisionis lenis blandimentum est. Ignis uero in nocte ter-
 ror aspicientibus; Per nubem ergo in die nouum testamentum figuratur.
 In quo non uindicta peccantibus sed misericordia lenitatis ostensa est.
 Unde & ipse auctor noui testamenti eundem in adulterio de praehensio
 dicit. Nemo te condemnavit. Cuius dicitur. nemo dicit. At illi. Nec
 ego te condemnavo. Uade & amplius noli peccare. Et bene in die appa-
 ruit columna nabis quia nouum testamentum a sole iustitiae id est xpo
 in uentum sumpsit; Per ignem uero in nocte qui terror est uisionis recat
 uetus testamentum designatur. In quo peccantibus non uenia p-
 mittebatur. sed supplicium minabatur. Unde & illic frequentius
 in calcatur. Si quis hoc uel illud fecerit. morte moriatur. lapidibus
 obruatur. & bene in nocte apparuit. quia necdum in mundum xps
 aduenerat; Desertum quoque ad quod ille tunc populus uenit.
 mentium solitudinem designabat. In qua & signati serpentes. uirus
 mactiae conatur infundere. non nocent. quia de eisdem in solitu-
 dine commorantibus dicitur. Serpentes tollent. & si mortiferum
 quid biberint non eos nocebit. Et nec mirum si non nocent. cum habi-
 tantes inherere in deserto serpentes aeneum id est mortem
 redemptoris aspiciunt; Manna uero quo ille populus usus est in
 ternam mentis refectionem. id est diuini uerbi contemplationem
 designabat. De quo caelesti manna per psalmistam dicitur;
 Panem angelorum manducauit homo; Hinc idem electorum
 manna loquitur dicens. Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi.
 Hinc ecclesiae per prophetam in munere respicitur. Sus
 tollam te super altitudines terrae. & eribore hereditate iacob patris tui;

De manna.

De qua & iam ad iustum iurum dicitur, Nunquid ad preceptum tuum ele-
uabitur aquila. & in arduis pondus nudum sibi; In periculis maris & in praer-
ruptis scilicet atque inaccessis rupibus commouetur. Inde contem-
platur scilicet, Potest autem deserta nomine illa regio designari. quam apos-
tata angelus & homo deseruit; In hoc enim deserto non agunt a iouem
oues remanserant. quando dominus unam in terra querebat; In qua certum
refugium locum inuenit ecclesia que undique persecutionibus angustatur
in terra; Ibi etiam in deficientem repperit. que hinc dum affligitur
lustitiam esurit; In alia autem mulieris. ipsa sus pensio intellegitur
contem plationis; Sed & autem hoc donum proprium esse scorum. Ut quo
magis pressuris angustatur in terra. eo amplius contem plationis pinna
eleuentur ad summa; Hinc paulus tribulationibus circumdatus.
pressuris angustatus. & fortasse catena constrictus dicebat; Nostra
autem conuersatio in caelis est; Et in eodem ait. Quando infirmor.
tunc fortior sum; & quia iustorum ecclesia secundum eundem aposto-
lum ea qua retro sunt obliuiscitur. ad ea uero qua euadentes sunt exendi-
tur. Et que de mundo euolanti antiquis aduersarius maliciae suae mole
depressus. ut putes serpens terrae inherens obuiare non ualeat. quid ater-
go contra eam exerceat. audiamus; sequitur; Et misit serpens ex ore
suo post mulierem aquam tamquam flumen. ut eam faceret trahi
a flumine; Solent per aquas in scriptura sacra persecutionum impe-
tus designari; Psalmista attestante qui uoce martyrum ait; Cum
surgerent homines in nos. forsitan uiuos deglutissent nos; Cum ascer-
tur. animi scorum aduersum nos forsitan uelut aqua absorbuisset nos;
Per os uero antiqui serpentis suasio illius non incongrue accipitur. quia
consilium ei agitur. ut contra ecclesiam reprobis eleuentur; Post mulierem
ergo in desertum uolantem ex ore suo serpens flumen emittit. quia
ecclesia propinquante caelestibus antiquis hostis suasionem iniquita-
tis suae infidelium hominum multitudinem in eius necem commouit;
Ad hoc utique ut eam in corpore suo trahat; Sed quid impedimenti

§.

§.

prestabit aqua quamlibet elationum fluctibus tumida quamuis impetussu
 uelocitate rapidissima et quae uolandum alisittur: nihilominus; Occidi
 potest. seclatari a flumine non potest. Occiduntur martires in carne. sed
 post mortem carnis ueraciter dicunt. Torrentem pertransiunt animantia;
 Quia uero hanc persecutores ei. Incorpussuum traccere non ualuerunt. fun
 ditus delere conatusunt; Sed quam diu uoluit usque in finem perseuerare;
 Nec de mundo potest eius memoria perire. nec Incorpore draconis a flumi
 ne trahi. Unde & benesquitur; Et adiuuit terram mulierem. & aperuit
 15. terra ossium. & absorbit terra flumen quod misit draco. ex ore suo; So
 18. l& in sacro eloquio terra nomine. humana natura designari; Unde & pri
 mo hominum peccata dicitur; Terra es. & in terram reuertaris; Quae uide
 licet naturam. ipse conditor suscipere dignatus est. sicut de illo scriptum est;
 Cum in forma diesset. non rapinam arbitratus est. esse se aequalem deo. sed
 semetipsum exinauit formam seruacipiens. In similitudine hominum
 factus. & habitu inuentus ut homo; & rursus; Factus est primus homo
 in animam uiuentem. secundus in spiritu uiuificantem; & iterum; Primus
 homo de terra terrenus. secundus de caelo. caelestis; Quae uide licet huma
 na natura in adam maledictionis sententiam. In xpo autem benedictionis
 gratiam consecuta est; Unde per psalmistam dicitur; Benedixit ad hie
 terram tuam auerest captiuitatem iacob; Hoc autem in loco quid aliud
 terrae uocabulo designari credimus nisi humanam. In xpo naturam. quae
 tempore passionis persecutorum impetus sustinuit ex carnis infirm
 tate. sed tertia die resurgens abundantiae uitae suae mortis principem
 degluttuit & inundantes passionum fluctus absorbit potentia diuini
 tatis; & quae de eo scriptum est; Ad hoc xps mortuus est. & resurre
 xit. ut uiuorum & mortuorum dominetur; & de quo rursus dicitur;
 Dedit illi nomen quod est super omne nomen. Ut in nomine ihu om
 ne genua flectatur. Caelestium terrestrium. & infernorum. & om
 nis lingua confiteatur quia dñs ihu xps in gloria est di patris. Prae
 ualente uictoria eius in caelo & in terra quae impetus persecutionum

In Iesus sapiens superavit electorum ecclesia. Non sinitur flumine persecu-
 tionis in corpus diaboli trahi; Ac si ipsa terra flumen absorbens diceret;
 Corpus meum quod est ecclesia propterea non potest persecutionis flumine
 demergi quia prior ego passiones eius bibi bibens quo superavi;
 Frustra ergo draco flumen euomit quod iam terra absorbit quia
 nihil ultra amplius praeualebit in corpore quam quod praeualuit
 in capite; Sed quia idem malitiosus utiniquo uoluit consilio eam nec
 incorpussimum trahere nec de mundo funditus eradere ualuit per
 singulas hanc generationes persequi acrus non desistit recte subiun-
 gitur; **§. 12.** **§. 13.** **§. 14.** **§. 15.** **§. 16.** **§. 17.** **§. 18.** **§. 19.** **§. 20.** **§. 21.** **§. 22.** **§. 23.** **§. 24.** **§. 25.** **§. 26.** **§. 27.** **§. 28.** **§. 29.** **§. 30.** **§. 31.** **§. 32.** **§. 33.** **§. 34.** **§. 35.** **§. 36.** **§. 37.** **§. 38.** **§. 39.** **§. 40.** **§. 41.** **§. 42.** **§. 43.** **§. 44.** **§. 45.** **§. 46.** **§. 47.** **§. 48.** **§. 49.** **§. 50.** **§. 51.** **§. 52.** **§. 53.** **§. 54.** **§. 55.** **§. 56.** **§. 57.** **§. 58.** **§. 59.** **§. 60.** **§. 61.** **§. 62.** **§. 63.** **§. 64.** **§. 65.** **§. 66.** **§. 67.** **§. 68.** **§. 69.** **§. 70.** **§. 71.** **§. 72.** **§. 73.** **§. 74.** **§. 75.** **§. 76.** **§. 77.** **§. 78.** **§. 79.** **§. 80.** **§. 81.** **§. 82.** **§. 83.** **§. 84.** **§. 85.** **§. 86.** **§. 87.** **§. 88.** **§. 89.** **§. 90.** **§. 91.** **§. 92.** **§. 93.** **§. 94.** **§. 95.** **§. 96.** **§. 97.** **§. 98.** **§. 99.** **§. 100.**
 In mulierem abijt facere praelium cum
 reliquis de semine eius qui custodiunt mandata di & habent testi-
 monium ihu. & stetit super harenā amarā; Quanto namque a praec-
 edentibus diuino munere roboratis uincitur; Tanto amplius in sub-
 sequentibus ecclesiae membris de se uere probatur; Hinc est enim
 quod cum ab homine expulsus exire dicitur. Cum septem aliis
 spiritibus senes quibus reuera describitur; Et notandum
 quia iratus draco cum his tantum praelium inire dicitur quia
 de semine mulieris nascuntur. & mandata di custodire & testi-
 monium ihu habere uidentur; Semen enim mulieris uerbum in-
 tellegitur praedicationis quod in cordibus prolis conceptus
 caelestis; Tunc uero nascitur cū baptismatis unda perfunditur;
 Hunc enim nouum hominem cotidie molitur extinguere diabo-
 lus qui leges eius contemnit. di semandatis humiliter subdit;
 Quis autem iniquum contra suos bellum gerit. quis sibi oboedientes
 expugnat. Hinc certe hinc probare se possunt homines utrum
 custodiant mandata di & habeant testimonium ihu; At namque
 apostolus; Omnes qui propter uolunt uiuere in xpo ihu persecutionem
 patienter. Si ergo quisquam persecutionem non patitur adhuc
 pro uiuere non probatur; Si pro uiuere non uideatur ab aduer-
 sario persequi dedignatur; Sed cū uideamus homicidas & ma-

leficos fures & latrones tormentis affici supplicis consumi quomidian
 tum electos persecutionem patitur mo diuinus hoc loco pronuntiat ;
 Sed sciendum nobis est quia aliud est subiectum quem piam cu uoluerit
 quisque interfici Aliud uero sibi repugnanti persecutionem ingerere ;
 Cum his ergo uideamus tum est solum modo bellum draco facit quos sibi
 depugnare uidet quia nequaquam bellum fieri potest nisi inter duas
 partes alterius secus concertantes ; Ubi enim non est qui percutienti
 resistat & unus ab altero succumbat prelium non fit ; Sic ergo
 iniqui quilibet & mala tolerant sed nequaquam aduersus eos dia
 bolus bellum incorquet Sed iam uideamus quae sint mandata di
 & quod testimonium ihu ; Aliud enim sunt mandata aliud testimo
 nia ; Mandata namque di sunt quibus ad bene uiuendum instrui
 mur unde est illud ; Diliges dnm dnm tuum ex toto corde tuo & ex
 tota animata tua & ex tota mente tua & proximum tuum sicut teipsum ;
 In quibus duobus mandatis secundum aptm tota lex pendet & p
 ph & ; Testimonium uero ihu est quae testificati sunt prophetae
 immo spisses per prophetas dexpi & ecclesiae sacramentis ; Hinc est
 illud primi prophetantis testimonium ; Relinquet homo patrem
 suum & matrem suam & adheret uxori suae & erunt duo in car
 ne una ; Quod apti exponens ait ; Magnum est hoc sacramentum
 Ego autem dico in xpo & in ecclesia Ergo mandata ad caritatem
 Testimonium uero ad fidem pertinere probatur ; Quam ob rem
 probris huius mulieris caritate & fide contra antiqui aduersarii
 machinae menta erigitur ; Ne uitem dubium sit utrum nate testi
 monium ad fidem pertineat angelus iohanni Inferius decla
 rat dicens ; Hic patientia scorum est qui custodiant mandata di
 & fidem ihu ; Sed cu prius sit credere ac deinde fidem operibus
 fulcire quid sibi uult quod hoc loco mandata praeponuntur fide
 nisi quod aperte inuitur quia quamuis ad caelestem patriam
 uia fides sit tamen caritas quae in mandatis constat maior esse

De bello

De mandato & testimonio

uideatur; aplo atestante quiait; Nunc manent fides spes caritas tria
haec maior autem huius caritas; & idcirco quae fidei altitudinem super
greditur. lure eidem sepe ante fertur; Notandum uero quod didem
te terrimus draco contra scos. proelium exerens non super p&nam
non super solidam terram. sed super harenam stare perhibetur;
Cunctis autem liquet quia serpens in petra uestigium imprimere non
ualet. In harena uero quaeq; loca tetigerit. signa sui corporis relinquit;
Quid autem sunt corda scorum nisi quaedam soliditas petrae. In quibus
idcirco malignus hostis uestigium imprimere non ualet. quia peccata
uoluptatis ea nequaquam emollunt; Quid uero sunt In quorum men
tes nisi quaedam harenae mobilitas. In quibus idem antiquus aduersari
us eo fecitatis suae uestigia informat. quo eas per terrena delectamen
ta fluidas inuenit; Ibi ergo stat ubi molliter quiescere ualet. non ubi
ubi petrae duriciam sentit; Hinc est enim quodeum dñs sub quadā
figurata locutione in locis humentibus dormire perhibet; Loca nam
que humentia sunt terrenorum hominum mentes. quas humor car
nalis concupiscentiae quareplet fluidas facit; In quibus malignus
aduersarius Iniquitatis suae uestigia tanto altius Inprimit. quanto
In eisdem mentibus per transitus illius influxa terra descendit. quasi
Loca quoque humentia sunt. opera uoluptuosa; Pes quippe in arida
terra non labitur. fixus uero in lubrica uix tenetur; In locis ergo hu
mentibus iter uitae praesentis faciunt. quum hac recta ad iusticiam
stare non possunt; In his itaque locis humentibus hostis noster dormit.
quia In reproborum hominum lubrica operatione requiescit; Quē
ergo dñs in locis humentibus dormire perhibet. hunc Iohannes sup
harenam stare adfirmat; **Sequitur. ITA DIDERARI BESTIA
ASCENDENTE.** Habentem capita septem & cornua decem.
& super cornua eius decem diademata. & super capita eius nomina
blasphemiae; Hanc bestiam quam nunc de mari superius dea
bisio aicondisse iam dixerat. quatenus nobis ostenderet hoc esse

13 ad huc
incipit ss.
ss.

*Abyssus q
figs*

In significatione maris quod est abyssus; Uideamus ergo quod ad rem ma-
gis pertinere uideatur quod significat abyssus. Et tum demum quod sic hęc
bestia requiramus; In sacro enim eloquio abyssus nomine aliquando
in scrutabilia dei iudicia aliquando hoc ipsum sacrum eloquium aliquan-
do inferni profundum aliquando designantur infidelium corda. Xpo
ecclesiae q; resistentia; Abyssus nomine inconprehensibilia dei iudi-
cia figurantur. psalmista attestante qui dno dicit; iudicia tua abissi-
sus multa; iudicia enim dei recte abisso comparantur quia in mensuras
ac profunditas eorum a nobis non conprehenditur; Illius inmen-
sitatem abyssus penetrare non quuerat apłs qui dicebat; **O** altitu-
do diuitiarum sapientiae & scientiae dei quam inscrutabilia sunt iudicia
eius & inuestigabiles uiae eius; Eiusdem abyssus nomine sacrum eloquū
figuratur ipse psalmista dicente; Abyssus abissum inuocat in uoce cata-
ractarum tuarum; Abyssus namque abissum inuocat quia uetus
testamentum nouum precolatur; In uoce cataractarum id est in uoce
praedicatorum qui ueluti cataractae caeli constituuntur dum quibus-
dam retinent quibusdam uero benedictionis imbrem effundunt;
Annon caeli cataractam modo clausam modo apertam In heliacog
nosimus qui oratione orauit ut non plueret & super terram & non
pluit annis tribus & mensibus sex. & rursum orauit & caelum dedit
pluuiam & terram dedit fructum suum; Quod tunc historialiter
factum nunc spiritualiter fieri cernimus. Campa edicatorum esse
Nunc quidem propter peccata peccati praedicationis imbrem
retinent. Nunc uero propter electos eosdem largiter effundunt;
Hinc est quod hierozecheli prophetae ad dno dicitur; Adheres-
cere faciam linguam tuam palati tuo & eris in uisus non quasi
uir obiurgans quia domus exasperans est; Ecce propter ex-
asperantem deum reprobus salicet caelica cataracta lau-
sam uideamus nunc utrum; reprobus electos aperit;
At namque; Cum locutus fuero ad te aperiam os tuum & dices

ad eos. haec dicit dñs dñs; Uel certe accepta potestate ligandi atque
soluendi more catanatarum. quibusdam claudunt. quibusdam uero
aditum regnae caelestis aperunt. Rursum abissi nomine signavit
infernū profunda. sicut in euangeliō legimus. legionem ab homine
eiecā. dñm postulasse ne eos imperaret. In abissum in requampo
tus permitteret porcos introire. Hinc est quod psalmista de persecuto
ribus ecclesiae fluctibus eos comparans dicit; Ascendunt usque ad caelos
& descendunt usque ad abissos. Usque ad caelos nam que ascendunt. ga
usque ad summe scitatis uitros persequendos. elationis uento eleuantur;
Sed usque ad abissos descendunt. quia un de temporaliter super bonos
eriguntur. inde ad inferni profunda dimeruntur; Rursum abissus
uel maris nomine figuratur infidelium corda xpo ecclesiae que
contraria. sicut iusto uiro narrante didicimus. qui de sapientia dī patris
abissus dictum perhibet; Abissus dicit non est in me. & mare loquitur
non est mecum; Ac si aperte diceret; Infideles & reprobi uita
& moribus loquuntur. quia & eterna dī sapientia ne nullis ne cum illis
inuenitur; Nulli enim non est. quia per respectum gentium longe ab
quibus tamen per retributionis uindictam praesens adest. Hinc enī
scriptum est; Longe a peccatoribus salus; Cum illis uero non est. quia
eam omnino neque esse suspiciantur; Unde psalmista ait; Dixit in
sapientis in corde suo. non est dñs; Quia enim abissus nomine iniquos
atque infidelium corda signentur. Eodem psalmista testante didici
mus. quid dñs loquitur dicens; Fundauit terram super stabilita
tem eius non inclinabitur. In saeculum saeculi. Abissus sicut pallium
amictus eius super montes stabunt aquae; In quibus scilicet uer
bis quasi historialiter inchoasse uidetur. sed sequentis uersiculi
finitus indicat. non haec historialiter sed mystice dicta intellegi deb
re; Cum enim dicit qui fundauit terram super stabilitatem eius
non inclinabitur. In saeculum saeculi. Ac deinde sub iungit. Abissus
sicut pallium amictus eius; Terrae utique amictus. adderet autē.

super montes stabunt aquae totum iuxta litteram accipipotenz; sed me-
 lius ostendimus quemadmodum spiritaliter intellegatur. si qualiter abis-
 sus sicut pallium terrae amictus historialiter fuerit demonstramus.
 Terram namque super stabilitatem suam consistentem in diebus noe le-
 gamus dudum abisso ad operam fuisse. sicut in ipsa historia dicit;
 Rupti sunt omnes fontes abissi magni & cataractae caeli aperti sunt.
 Quae utique abissus dum eam undique circum dedit quasi pallium
 amictus eius fuit. Cuius etiam abissi lumenitas non solum ad ca-
 cumina montium peruenit uerum & iam quindecim cubitis altior
 illis fuit; Sed si hoc propheta secundum litteram & non secundum
 sensum intellegi uoluisset. nequaquam ut praefatus sumus cum diceret
 abissus sicut pallium amictus eius adderet super montes stabunt
 aquae. sed dicerent; Uideamus ergo quid significet haec terra
 quid stabilitas eius quid abissus eam amictans & eorum cacumina
 transcendens. Sicut in malo frequenter terram accipimus propter
 terrenos terrena quarentes. sic saepe in bonum propter illud quod
 a saluatore dicitur est. Ignem ueni mittere in terram & quid uolo
 nisi ut accendatur. Terram utique sanctorum est. corda designans.
 Hoc autem in loco terram ecclesiam intellegimus. Et quae huius
 terrae alia est stabilitas super quam fundata non inclinabitur in
 saeculum saeculi. nisi christus qui hanc super se construi uoluit.
 Hinc est quod petro figuram eiusdem ecclesiae gerenti dicit. Tu es
 petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; Tamen
 dicitur; super me aedificabote; Quod enim psalmista de domino
 dicit; Fundauit terram super stabilitatem eius. hoc ipse dominus per petrum
 ait. Tu es petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam
 meam; Et quod ab eodem psalmista dicitur. Non inclinabitur
 in saeculum saeculi. hoc a domino confirmatur. & porte inferi non
 praeualebunt aduersus eam. Hinc per paulum dicitur; Fun-
 damentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est;

quod est xpi sibi. Terram autem abissus circum amictans operuit. quia ecclesiam undique persequentium turba circum dedit. Cuius altitudo cacumina montium transscendit quia aptos & iam eadem persecutorum numerositas interfecit. Uel certe terram simul & montes abissus operuit. quia ante aduentum spūs scī propter metum persecutorum. Neque apti. neque alii discipuli manifeste xpm pro dicere audebant. Quia ergo metu hominum silebant super terram & montes aqua estabant. Sed quia adueniente spūs scō super discipulos metus populi persequentium contemptus est. bene illic sub dicitur. Ab increpatione tua fugient. auoce tonitruum formidabunt. Ab increpatione & enim di aquae fugerunt. auoce tonitruum formidauerunt. quia ut dictum est. adueniente spūs scō super discipulos. alii exierunt. nouis linguis. signis & uirtutibus metu & iam infidelis populi terri et fremores siluerunt. Alii salubriter conuersi crediderunt. & cooperunt apparere cacumina montium acerrimae soliditas. In eis qui dudum fuerant persecutorum fluctibus adoperati. Sicque adimpletum est quod in eodem psalmo subiectum est. Ascendant montes. & descendunt campi in locum quem fundasti eis. Ac sic dicitur. Apostoli siue credentes. qui metu persequentis populi tamquam quibusdam fluctibus fuerant adoperati. In sublimi erigentur. & idem persecutores abissis in mare intumescentes. uiribus exsiccati atq. aridi effecti. Inuisi apparebunt campi. Qui autem locus eorum sit adō illis fundatus exponi necesse non ē cum uideamus eos in loco subiectionis. & seruitutis nunc usque manere. qui dudum in sublimi solo regni stare uidebantur. Huic sensui quem de persecutorum multitudi- ne sub figura abissi locutione sequimur. Iona propheta con- cinit. qui ex uoce capitis nri dicit. Abissus uallauit me. uel- lus cooperuit caput meum. Tempore & enim passionis hu- manae generis redemptorem abissus uallauit. q. a. a. persecutorib;

hinc spura illinc flagella hinc maledicta illinc sustinuit probra. pelagus
 uero operuit capiteus. quia ab eisdem persecutoribus facie uulatus arundi.
 ne cerebro percussus. spiritus & iam fuit coronatus; ista persequentium.
 abissus xpm operuerat. cum diceret. Saluum me fac ds qm introierunt
 aquae usque ad animum meam. Quid autem hoc loco abissi uel maris
 nomine figuretur. de quibus ista bestia ascendero dicitur. Cum quid sig-
 nificet eadem bestia subtiliter inuestigauerimus. necessario profereamus;
 Nunc ergo quaesit praedicta bestia. quibus uomodis accipiatur requi-
 ramus. In alia enim scriptura. cum nomen bestiae singulari numero
 ponitur. ipse malignorum spirituum princeps per illud designatur.
 Cum uero plurali. aut uniuersa daemona. aut bestiales hominum motus
 demonstrantur. Bestiae nomen cum singulari numero ponitur ma-
 lignorum spirituum principem designat. sicut per prophetam contra
 ephraim dicitur. Bestia agri sedit eos. Uel sicut esaias ait. Mala
 bestia non transibit per eam. Cum autem plurali. uniuersa daemona
 figurat. sicut dñs ad iob de iniquorum cordibus dicit. Omnes bestiae
 agri ludent ibi. Eiusdem nomine bestiae plurali numero posita bestia-
 les hominum motus exprimentur. sicut beatus apt s ait. si secundum
 hominem ad bestias pugnaui ephesi quid mihi prodest si non tui non
 resurgunt. Uel sicut gentilis cuiusdam testimonio usus loquitur di-
 cens. Cretenses semper mendaces. male bestiae uentres pigri.
 Quod & iam ex seipso adfirmat dicens. Testimonium hoc uerum est.
 In hac uero apocalypsi. cum singulari numero bestiae nomen po-
 nitur. generale quidem est agno contrarium. quocumque genera-
 liter complecti dicimus. Sed in locutionis textu subtiliter consi-
 derandum est. quae pars bestiae inter se. atur. Aliquan do em.
 auctor huius historiae. unius ei demque uocabulo bestiae diabolum.
 Aliquan do uero unum ex capitibus eius dem bestiae anticristum
 scilicet. Quod quasi occisum re. xii. similitudine utique ueritate.

bestia

Aliquando quoque solos praedicatorum eiusdem peruersi hominis atque ministros designat. Quod utrum ita sit ex hacadem apocalyp sinecessarium ducimus adfirmare. Quia enim per huius bestiae nomen diabolus designetur. paulo Inferius Innuatur cum de bestia a reprobis adorata dicitur. Adorauerunt bestiam dicentes. Quis similis bestiae. & quis poterit pugnare cum ea. & post paululum. Data est ei potestas in omnes tribum & populum & linguam & gentem. & adorabunt eum omnes qui inhabitant terram. Nonne bestiae nomen feminini generis positum fuerat. & quid sibi uult quod sequitur. Adorabunt eum. Quis non femininum generis pronomen subiectum est nomini sed masculinum. Nisi per hanc bestiam ut dictum est plerumque diabolus designatur. & cum quaelibet pars huius bestiae adorari dicitur. diabolus in eas sine dubio adoratur. quia in omnibus eius partibus diabolus est qui est bestia. Quia uero huius bestiae nomen corpus diaboli omnes scilicet & reprobos figurat. uox angelica Inferius Indicat. que uo hanni dicit. ueni & ostendam tibi damnationem meretricis magnae. quae sedet super aquas multas. Quid autem significarent istae aquae hoc ipsum illi exponens ait. Aquae quae uidisti ubi meretrix sedet populi sunt & gentes & linguae. Et si forte quereremus utrum aquae istae populos & gentes & linguas designantes bestia uocarentur. postquam hanc meretricem eidem super aquas sedentem angelus ostendisset secutus uo hannes exposuit dicens. Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam uocibus blasphemiae. habentem capita septem & cornua decem. Quia ergo simul super aquas id est super populos & gentes & linguas & super bestiam meretrix sedet hoc est utique bestia quod populi & gentes & linguas. Rursum quia unum ex capitibus huius bestiae tota ipsa uocetur bestia. locus ille Indicat quocum dicitur. & unum de capitibus suis quasi occisum in mortem & plaga mortis eius curata est. post paululum de secunda bestia.

subinfertur: & facit terram & inhabitantes in ea a domare bestiam pri-
 mam cuius securitas est plaga mortis. Rursum qui a praedicatoribus soluitque
 ministri antichristi bestia uocentur. id ipsum locus ille in sinu est. quo
 per iohannem dicitur. Et uidi aliam bestiam ascendentem de terra & ha-
 bebat cornua duo similia agni. & loquebatur sicut draco. & potestate
 prioris bestiae omnem faciebat in conspectu eius. Sed quia iam os-
 tendimus quid haec significet bestia quibus uero modis accipiat. uideam
 nunc quid uis septem capita quid uis figurent decem cornua. Hoc
 utique significant septem capita quod dominus bestia hoc omnis bestia
 septem que eius capita quod decem cornua regnum uidelicet diabo-
 li. xpo ecclesiaeque contrarium. Quia septem & decem non nu-
 merosunt. sed significatione uniuersitatis regni terreni. Cuius
 enim hoc sit tota bestia quod septem eius capita. locus ille declarat.
 quocum meretricem super hanc bestiam sedere angelus iohanni
 ostendisset. post paululum subdidit. hic est sensus qui habet sapienti-
 am. Septem capita septem montes sunt super quos mulier sedet &
 reges septem sunt. Et paulo post. & quas inquit quas uidisti ubi me-
 retrix sedet populi sunt & gentes & linguae. Si super bestiam sedet
 quomodo super septem capita quae reges simul & montes dicuntur.
 & si super septem capita quomodo super aquas sedet. quae populi &
 gentes. & linguae uocantur. Nisi quia hoc est ut diximus omnis
 bestia quod septem capita hoc & iam septem capita quod aquae
 multae. Regnum uidelicet huius saeculi. De qua adhuc bestia uo-
 ce angelica iohannem dicitur. Bestia quae erat & non est. & ipsa
 octaua est & de septem est. & in interitum uadit. Nonne superius
 unum caput tamquam occisum in mortem dixerat reuixisse.
 Nunc quid sibi uult quod hic non unum caput ex septem bestis.
 nisi quia quae eque loca bestiae tangit in septenario numero quo
 spiritus nequam significatur in malo totam bestiam collocat.
 Caput ergo tanquam occisum & ex septem capitibus est. id est ex bestia.

Nam capita et x
 cornua q signet

capibus. sed bestiam uocat tanquam ex septem.

septenario numero designata. & octavo loco positum cum septem capitibus
est tamquam pars nequior septanaria. septenarium numerum excedens.
Ac per hoc inuenimus quod supra non proposueramus. hoc & iam esse
unum caput bestiae quod septem capita. Quia ipsum caput ex septem
capitibus capita septem habere describitur. super quae nomina blas
phemiae inesse dicuntur. dum xpm spernens se uult haberi pro ipso.
Et hoc esse septem capita quod decem cornua ostendamus. cum hel
ad medium deducamus. Quidam quartam bestiam dicit & decem
cornibus fultam. protinus adiunxit dicens. Considerabam cornua.
& ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum. & tria de
cornibus prioribus euulsa sunt a facie eius. & uocati quasi oculi homi
nis erant in cornu isto. & os loquens in gentia. Omne enim peccatum
undecimarium est. Quia dum peruersa agit. praecoptum decalogi
transcendit. Et quia in delicto peccatum plangitur. hinc est quod in
tabernaculo uel acilicena undecim fiunt. hinc per undecimum psal
mum dicitur. Saluum me fac dñe qm̄ defecit sc̄s. qm̄ diminutae sunt
ueritates a filijs hominum. hinc petrus in undecimario numero rema
nere aptos metuens. Mattheum duo decimum sortemissa requis
iuit. Nisi non significari culpam per undecimarium carneret. imple
ri aptorum numerum tam festine duodenario non curaret. Quia
ergo per undecimarium numerum transgressio exprimitur. huius
bestiae cornu undecimo ipse auctor transgressionum indicatur.
Quod uidelicet paruulum ortum quia parus homogeneatur.
sed in mane crescit. quia usque ad contumaciam sibi uim angelicae
fortitudinis pficit. Ecce ut aperte. uidemus quem iohannes
caput ex septem capitibus octauum futurum dicit. hinc dan hel
cornu paruulum de medio decem cornuorum ortum undecim
ponit. & uti decem reges ad septenarium numerum redigere
tur. & antichristus ex ipso ortus octauus subponeret. sequitur
scriptura illa & dicit. & tria de cornibus prioribus euulsa sunt.

a facie eius; Dum enim ex decem auelluntur tria septem utique rema-
 nent quibus ille auctor transgressionum in denarius octavo loco subroga-
 tur; Manifestissime certe cognoscimus hoc figurare decem cornua quod
 septem capita uniuersum scilicet regnum diaboli; Et hanc bestiam cum
 capitibus & cornibus iam fuisse & esse & futuram esse non dubitamus;
 qui autem iam diximus siue septem capita siue decem cornua non nu-
 mero sed significatione uniuersitatis posita uidemus; Quae idcirco
 liquidius non explanamus quia in feruis locis ea oportum oribus expo-
 nenda esse a nobis scimus; Nunc de quo abisso uel mari ista bestia ascen-
 dat uideamus; Quotum generaliter tota bestia an pars quaedam
 ex ea ascendat consideremus; Superius namque praemisimus abissum
 uel mare aliquando in scrutabilia diuina aliquando diuinae quo
 aliquando inferni profunda aliquando figurare infidelium corda
 xpo ecclesiaeque contraria; hoc autem in loco abissus uel maris nomi-
 ne siue occulta diuina siue infidelium corda non inconuenienter
 accipimus; hanc uero bestiam inquam nunc diabolus nunc caput uel
 ut occisum id est antichristus nunc totum diaboli corpus designatur
 & sigillatim in singulis suis partibus & generaliter in toto corpore;
 de hac abisso in vigilanti studio ascendere per uidemus; Diabolus nam-
 que quae pars bestiae de abisso ascendit qui a prope ante nouis-
 sima persecutione occulto quidem sed tamen iusto diuino ex in-
 fidelium cordibus prodiens eosque non deserens in quibus nunc re-
 ligatus tabescit contra ipsum uitae auctorem eiusque ecclesiam
 superbiens eleuatur; De abisso ascendit quia a uide diuinae potes-
 tatis unculis absoluitur inde in factum superbiae erigitur de quo
 scriptum est; Quia dursatur & extollitur supra omne quod dicitur
 aut quod colitur deus; Ita ut in templo dei se deat ostendens se tanquam
 sit deus; De hac abisso caput ueluti occisum uidelicet antichristus
 quae pars bestiae ascendit quia ex profundissimo incredulita-
 tis iudeorum populo purus homo generatur auctorem trans-

De absolute
 diaboli.

gressio nissuae imitans intantam uasaniam erigitur ut seclit
haberi pro xpo. execrans & detestans nomen redemptoris nom
que ecclesiae eius. sicut de illo in hac apocalypsi dicitur. Aperiit
os suum in blasphemias addm ad blasphemandum nomen
eius & tabernaculum eius. & eos qui in celo habitant. Inde & ip
se ascendens. unde diuine potestatis uinculis admodum carens.
Inde & totum corpus diaboli quod est omnis bestia. ascendit. Cu
contra dm & ecclesiam ceruicem superbiae extendit. **Sequi**
ter. Et bestia quam uidi similis erat pardis. & pedes eius si
cut ursi & os eius ut os leonis. Cum de hac bestia praemis
sum sit quod septem capita haberet & nunc quid sibi uult quod de
scripto corpore eius non septem sed unum eam os habere auctor
huius reuelationis dicit. Nisi quia uel supra meminimus septem n
numerosunt sed significatione. & hoc est omnis bestia quod
septem capita. hoc septem capita quod unum caput. Uel certe de
scripto corpore bestiae. Idcirco siluit de septem capitibus. ut & in
ore leonis specialiter antichristum designaret. & in bestiae
corpore quae in capitibus non est omnes reprobos figuraret.
Sicq. fit. ut idem homo peccati filius perditionis. septenarium
numerosum excedens auctor transgressionis appareat. hinc est
& iam quod inferus de eo dicitur. Et unum de capitibus eius quasi
oculus in mortem cuius plaga mortis curata est. Quod uide
licet caput & unum ex septem ee & octauum probatur. Cui de eo
quasi de tota bestia dicitur. Bestia quae erat & non est & ipsa octa
ua est. & ex septem est. Et quidem huius capitis corpus ut supra di
ximus iam apparuit. & nunc uidetur & futurum ee creditur. Ipsi
uero membrorum caput quae eadem apparuit in se iam apparuit
in suis de quo scriptum est. Datum est tunc os loquens magna & blas
phemias. O quam illius temptationis tempora non uiderunt
& tamen in eius temptationis procella. uersantur. Cuius corpus

antichristi non uidit. & tamen membrum antichristi per meritum
 fuit. Iudas scitiam persecutionis illius ignorauit. & tamen crudelita-
 tis eius auaritia sua dentesu e cubuit. Simondiusus longe ab anti-
 christi tempore extitit. & tamen eius sesuperbiae miraculorum
 potentiam per uerse appetendo coniunxit. Sic in quum corpus suo
 capiti siemembris membra lunguntur. cu & cognitione senescunt.
 & tamen praua sibi actione copulantur. Neque enim pergamus
 balaam libros aut uerba. cognouerat. & tamen eius nequitiam se-
 quens uoces supernae. In crepationis audiebat. habes illic tenentes
 doctrinam balaam qui docebat balac mittere scandalum coram
 filiis israhel. edere & fornicari. Triatime quoque ecclesiam ab isra-
 bel. Notitia & tempora. & loca. diuidebant. sed quia campar-
 uitae reatus adstrinxerat. Inesse ei hiezabel dicitur atque operibus.
 peruersis insistere. Angelo attestante quia ait. habeo aduersus te.
 ueritas. sed simulatio ueritatis est. idcirco mediator inter diabolum &
 eius corpus nullus alius. nisi simulatio ueritatis est. Hac denique simu-
 latione dicit bestiam habere plagam gladii & uiuere. in similitudine
 utique mediatoris nostri domini ihesu christi qui clauis patibulo crucis adfixus est.
 lancea latere perforatus. post triduum resurrexit. Tres siquidem diabolus.

bestia uelut occisa populus cum prepositis tantū modo duo sunt.
quia non mediatorum ueritatis sed simulationem habent uerimedi-
toris. Et reuera adorabunt terrenū antichristū sed quā dī filiam;
In quo uidelicet nomine quia non ueritatem sed mendacium adorant.
diabolū utiq. adorant qui ipsū mendacium reprobis adorandū simula-
ta ueritate opponit. De quo scriptū est. qui loquitur mendacium de
pprio loquitur. quia mendax est & pater eius. Quam obrem ut aperte
uidemus. si quando bestia adorari dicitur que habet plagam gluti & iuxta
diabolus sine dubio ostendatur. De quo apostolus dicit. Qui aduersa-
tur & ex tollitur supra omne quod dicitur dī aut quod colitur. ita ut
in templo dī sedeat ostendens se tamquam sit dī. Idem ergo diabolus
qui & suum & mediatoris sui locū implet in bestia intelligitur. qui
se suis nequiter adorandū opponit. de imitatione furti simulata ob-
umbratione uocabuli. Et qui predicatorum damnata illius hominis
ut plures seducunt. non solū uerbis suadebunt sed & uim miraculis.
Et si falsis coruscabunt. recte de hac bestia sub dicitur. Et fecit sig-
na magna ut & iam ignem faceret de caelo descendere in conspectu
hominū. Hoc & iam de his dñs quod sepe protulimus testatur dicens.
Tunc surgent pseudo xpi & pseudo prophete. & dabunt signa mag-
na & prodigia. ita ut in errorem inducantur. si fieri potest & iam electi.
Inter quā admiranda atq. stupenda signa & prodigia hoc unū præstat.
quod ignem de caelo descendere faciat. Et quid hoc loco parabolū. nisi doc-
torū ecclesiam. quid uero pignem. nisi scī spī donū accipimus. qui
dudum in igne is linguis sup centū uiginti homines descendisse legitur.
De quo & iam dñs ait. ignem ueni mittere in terrā. & quid uolo nisi ut ar-
deat. Bestia ergo cum duobus cornibus ignem de caelo descendere facit
in terra. quia predicatorum antichristi falsā imitatione ecclesie. p imposi-
tionē manus dare se suis spm scī sequacib. fingunt. Et quia hi quibus
apostoli spm scī dabant. statim linguis loquebantur nouis. hoc & iam isti
p hypocrisin simulate ueritatis faciunt. cum aut ex uarietate gentium
aut ex fallentis inimici astutia. nouis ac plurimis linguis suos loqui
faciunt sequaces. Quod & iam inter cetera miracula præcipue credentium
signū. dñs quoq. ascensurus ad patrem commendat dicens. Signa autem eos
qui credituri sunt hæc sequentur. In nomine meo demonia eicient. linguis
loquentur. nouis. & cetera. Hinc ergo uehementia seductionis ostenditur.

Et igne de celo
faciet dei
cendere.

† uel daretur. quia colere sua debet confirmari omnino uelut signum mundi. Nam cum multa nobiscum uideantur heresim habere.

quo illud sp̄s sc̄i donum bestia habere. communia hoc specialiter donum sola se gloriatur habere xp̄i ecclesia. Hinc quod magos pharaonis similia moysi signa facientes. sp̄s sc̄i legitur frustra uisum esse cum suis ad sumptionibus succumbentes. uera uero confessione dixissent. digitus d̄i est hic. Digitum autem d̄i sp̄m sc̄m appellari euuangelistarum nos relatio docuit. cum unus horum asserit d̄m dixisse. Indigtus d̄i eicio daemona. Alter uero in sp̄u d̄i. Quo circa hinc ut diximus hinc uehementia fraudis ostenditur. ut illud habere aut dare sp̄m sc̄m ministris satanae arbitrentur. quod resistente uictrix ecclesia contra aduersarios suos magorumque fraudulentias iam tunc in moysi erigi uidebitur. Et nec mirum si illa bestia quae duo cornua ignis similia. idem uirtutem atque innocentiam d̄i filii habere se simulat. hanc & iam sc̄i sp̄s largitatem per fraudis nequitiam specie tenus sibi uindictam suisque sequacibus dare simulat. Sed cum terra super quam iste ignis de caelo descendit. nihil aliud quam terrenos designet. Quid est quod eundem ignem bestia illa in terra in conspectu hominum descendere facit. Num quid non terra homines significat. nisi quia sicut terrae nomine reprobi terrenis uoluptatibus dediti bestiae signis decepti. si hoc in loco hominum uocabulo sc̄i figurantur & electi rationabiles utique d̄i imaginem habentes. Quos ut illi ministri satanae facilius decipere possint. coram ipsis sp̄m sc̄m dare se simulant. Ut uidelicet ex concupito eiusdem sp̄s sc̄i dono adsumunt eos per fidiam efficacius trahant. Sicut dudum simon magus per impositionem manus apostolorum sp̄m sc̄m daretur conspiciens idcirco credidisse. ac pecuniam eisdem apostolis dedisse scitur. ut similia illis facere possit. Uel certe ignem de caelo descendere facit. non in conspectu spirituum. sed in conspectu ipsorum quibus dari fingit. sp̄s sc̄i. Qui non in merito homines uocantur. quia non diuina sed humana sapiunt. Ipsi & enim terra. ipsi & homines dignis appelluntur. Uerbi gratia quia per hanc simulationem non oculos spiritualium sed carnalium ludi facere perhibentur. ideo in conspectu hominum hunc ignem de caelo deponere dicuntur. Potest autem hoc quod ista bestia ignem de caelo deponere dicitur. & aliter intellegi. quia enim electi qui quae nouissimis tribulationibus deprehensos qui prius fideles esse uidebantur signis & uirtutibus. a fide retrahi conspiciunt. zelo feruore. acensi anathematis fulmine deceptores percipiunt. Recte de caelo in terram ignis descendere dicitur. quod sine dubio ignem illa bestia de caelo descendere facit. quae propter inmanitatem seductionis suae adrummum zeli feruore sc̄i commouet.

Ignem quippe de caelo descendere est de caelestibus electorum animis zeli flamas emanare. ac si spiritus sanctus diceret. Intantum proficiunt signa bestiae atque prodigia: ut illa sanctorum peccata patientis sima zeli flammis accendantur. quibus ipsi reprobis damnabilia concrementur. Unde & in hac apocalypsi longe superius de sanctis de nouissimis praedicatoribus specialiter dicitur. Siquis eos uoluerit nocere: ignis ex ore illorum & deuorabit inimicos eorum: Quod & iam figuratum in illis duobus quinquagenariis factum fuisse cognouimus: quicum proteruae spiritus inflati. ut aduersione perfidie regis helius descenderet in clamarent. Ad utrumque ait. Si homo dei ego sum descendit ignis de caelo & deuorauit te & quinquagenarios. & descendit ignis de caelo & deuorauit eos. Quo uidelicet in facto ex ore helius uidetur nobis ignis descendisse: cum ut descenderet solo uerbo probatur fecisse; Illucque eundem ignem de caelo descendere fecisse credendum est: qui hominem dei zeli feruorem commouerunt; Quod tunc historialiter factum significauit spiritualiter gerendum: a apostolo dicente; Haec autem omnia in figuram contingebant illis. Quia uero utrumque ac peruersi illius hominis praedictores. non tantum potentia seculari quantum signis & prodigiis pene omnes decipient. recte cum de hac bestia dictum fuit & fecit signa magna ut & iam ignem faceret de caelo descendere in conspectu hominum. A parte mox subditur. Et seduxit inhabitantes terram propter signa quae data sunt illis facere in conspectu bestiae dicens habitantibus terram ut faciant imaginem bestiae quae habet plagam gladii & uixit. Ne si aperte diceretur. Haec simulatio uirtutum ad eos ualuit. ut terrore seducti imaginem bestiae facerent. tam quam non uerbis sed ipsis hoc signis & uirtutibus idem praedictores loquerentur; hoc sane in loco bestiam quae habet plagam gladii & uixit. cui & iam imago ab illis praedicatoribus fieri iubetur. diabolum esse cognoscimus. Quae est autem imago eiusdem bestiae. nisi illa simulatio qui putatur antichristus ueri dei esse filius. cuius sit in eo diabolus idemque malignus in illa simulatione spiritus. qui uero sunt qui faciunt imaginem huius bestiae. nisi qui illam imitantur simulationem. omnis enim imago similitudinem praetendit eius de re. ad cuius similitudinem aut formatur aut sculptur aut depingitur; Et reuera qui quam omnes iniqui pro eo quod diabolum imitantur. imago illius esse probent. specialiter tamen damnatus ille homo quem corporaliter inhabitant

do adsumat. illius imago esse cognoscatur. In quo scilicet eius similitudo ple-
 nius ostendatur. Et nec mirum si in eo expressius tamquam in filio imago pa-
 tris appareat. qui in omni transgressione dissimilis diabolo non erit.
 Ad cuius membra saluator in euuangelio ait. Vos ex patre diabolo estis;
 Ac si per alius uerba diceret; Imago patris uiri estis. Ergo ut dictum est imagi-
 nem bestiae habet plagam gladii & uixit terrenus facere est ad similitudi-
 nem illius imaginis seipsum in forma. id est simulationem illi colendo
 de uenerando imitari. qua putatur antichristus ueritatis esse filius. ac resurre-
 xisse amicus. cum sit in eo auctor mortis. ac malignorum spirituum princeps.
 De qui adhuc simulatione subditur. Et datum est illi ut daret spiritum imaginis
 bestiae. & ut loquatur imago bestiae. & facit ut quicumque non adorauerit
 imago bestiae occidatur. Cui datum est. nisi bestiae cum duobus
 cornibus. quae est pars bestiae. praedicatores uidelicet antichristi.
 A quo illi datum est. nisi ab eo cuius iusto iudicio. id est deo summo bono fieri
 permissum est. quid illi datum est. nisi hoc quod permissum est. ut daret spiritum imagi-
 ni bestiae & ut loquatur imago bestiae. quomodo autem intelligendum est
 dare illi spiritum. nisi quia siue praedicationibus. seu signis & miraculis sua-
 dere hominibus conatur. spiritu prophetae plenam esse antichristum. cum con-
 fitetur eum repletum esse spiritu demoniorum. sic enim dicitur. Datum est
 illi ut daret spiritum imaginis bestiae. tamquam diceretur. Permissum est illi
 siue prauis dogmatibus. seu signis & miraculis ueritatem ad tempus emi-
 nere. ut illa de antichristo testimonium phibente credatur terrenus.
 quod uere sit spiritu sancto plenus. Usus enim scripturae est. ita saepe si me-
 loqui. ut est illud. date honorem deo. Et rursum; Exaltemus nomen
 eius in inuicem. Et ne putarent homines falsum esse quod & ueritatibus
 signis & miraculis suaderentur. habere spiritum prophetae bestiam illam.
 subicit poene inuitabilem seductionis fraude & ait; Et ut imago
 bestiae loqueretur. Ac si diceret; ueritatem bestiae illius seductio praeua-
 luit. ut quod uerbis simul & miraculis praedixit. operibus ostendit.
 Et scilicet imago illa quae putatur spiritu prophetae plena maligno ager-
 te spiritu consulenti; sibi reddat responsa. Non enim dubium quin diabo-
 lus per damnatum illum quem adsumpsit hominem. tunc respondeat
 suis. qui olim per simulacra muta. & surda loquebatur cultoribus suis;
 Qui & iam seducendo hominum. ore serpentis adlocutus est eum;
 O quanta sunt haec. qualia sunt haec; Quid hic ad deceptionis laqueum.

¶ Oportenda persecuti.

non est praeparatum / quid de seductionis armis minus uideatur expres-
sum. ecce praedicationum dogmata. ecce miraculorum signa. ecce
tamquam ex spu prophetae ad omnia parata responsa; Quis istum
deni non trepidat? quis ista considerans non a fundo cordis contre-
mescat? quis etiam haec contemnens. a perfidis sententiam mortis
accipiat? unde hic quoque enarratis tot tantisque insidiarum portentis
cu in calce locutionis de hac bestia iohannes dixit; Et dicitur est illi
ut daret spm imaginem bestiae & ut loquatur imago bestiae. subiecit
dicens. Et facit ut quicumque non adorauerit imaginem bestiae occidan-
tur; sequitur. Et facit omnes pusillos & magnos. & diuites & paupe-
res. & liberos & seruos. habere curatorem in dextera manu aut in
frontibus suis. Quia igitur sunt nonnulli qui haec quae praemissa sunt
cum ea aut legunt aut audiunt. ad litteram accipere uolunt. Id est aut
imaginem bestiae. aut ignem de caelo delapsum; Dicant quaesumus
quam similitudinem imago illa habebit. bestiae cum septem capitibus
an hominis; Et certe ipsi etiam paruuli sciunt. quod bestia illa. anti-
christum maligno spu repletum designat. nullusque eorum ignorat.
eundem antichristum hominem esse peccati filium perditionis. Si ergo
dixerint quia imago illa speciem hominis praetendat. quam in anti-
christi honorem terrenum dicuntur adorare. Quia & hoc post paulu-
lum dictum recognoscunt cum denumero eiusdem bestiae subditur.
qui habet intellectum conputat numerum bestiae. Numerus enim hominis
est. respondemus. Cur ergo non hominis imaginem sed bestiae idem
terrenum fingere dicuntur. si uero dixerint. idcirco quia bestia illa
antichristum speculat eiusque habitatorem significat. nos e contra dici-
mus. quia sicut illa bestia figurat diabolum & antichristum designat;
Sic & imago illa non corporalem speciem. sed spiritalem demonstrat.
hoc autem propter paruulos tantum dixerim: quos ad spiritalem in-
tellectum perducere quaero; Sicut igitur illa quae modo praemisimus
ad litteram accipi non possunt. sic nec ista quae de caractere sequuntur;
Quidam ergo quis sunt pusilli. & magni. diuites & pauperes. libe-
ri & serui. atque ipsum caracterem quo signari dicuntur. Non enim
hic de bonis sed de reprobis hominibus; mentio fit. ex quibus totum
diabolicum corpus extrahitur. Ipsi sunt etiam illa bestia generalis. cum
septem capitibus praemissa. sed singulos uoluit per membra diuidere.

De diuitibus; & pau-
peribus;

quos sepius me in uno conplectitur corpore & in bestia nomine: pus
 illos in malū eos accipimus: qui & si perfectam nocendi malitiam habent
 tamen effectū perficiendi ut cupiunt habere non ualent: magni sunt
 hi quia ad omne quod uoluerint scelus pro rum pere ut nequiter cogita
 uerint: nequius implere ualent; Diuites sunt: qui & terrenis diuitiis
 suffulti & supbiae spū inueniuntur inflati: quibus p iacobū apostolū
 dicitur. Agite nunc diuites plorate ululantes in miseris quas aduen
 ruit uobis; pauperes sunt hi qui non tantū terrenis diuitiis quantum
 uirtutib; inopes uidentur. Qui & cum sint pauperes diuites se eē ac
 tant uirtutib; Ad quorum p sonū in hac apocalipsi uoce angelica dicitur. s
s
c
 Dicit quia diues sum & locupletatus & nullius egeo & nescis quia tu es mi
 ser & miserabilis & pauper & caecus & nudus; Liberis sunt & serui hi qui
 sub peccati iugo degentes nequaquā iustitiae colla mentis submittant;
 De talib; namq; iam scī effecta fuerant: quib; beatus apostolus dicebat;
 Cum enim serui essetis peccati liberis iustitiae: qui uidelicet ad bestias simul
 caracterem signandi adcurrunt; & quid p caracterem nisi notam cri
 minis debemus accipere; sed cum semp; rep; bis sinistra congruat: electis
 uero dextera: mirandum ualde quomodo hoc loco in dexteram manu idem
 rep; bi caracterem accipere dicantur: cum non possint habere dexteram
 hi qui caracterem bestiae suscipere uidentur; Et quid p manū dexteram ni
 si operatio uirtutū quae nil habet commune cum reproba actione u' quid
 uero p frontem: nisi fidei p fessio debet intelligi; quam obrem subaudiē
 dum nobis est: quia ubi debuērant habere dexteram reprobi parantq;
 & sine reprehensione frontem: ibi inueniuntur nota criminis decur
 pati. Quia ergo utroq; bono id est uirtutum operatione ac fidei p fessione
 tales inueniuntur fraudati: recte utrobq; nota criminis narrantur
 carēc terzati. hoc deniq; signo & intra ecclesiam in manu. & extra eccle
 siā in frontib; nunc ferre aspiciamus. Extra ecclesiam scilicet in frontib;
 iudeos: qui xpī fidem abnegantes. Antichristū expectant pro eo sus
 cipiendū. Ipso dno dicente: Ego ueni in nomine patris mei & non
 suscepistis me. Alius autem uenit in nomine suo & hunc suscipietis;
 Intra ecclesiam uero ab his in manu gestantur qui fidem uerbo tenus
 habent sed opera fidei non habent: de talibus enī apostolus dicit; Con
 fitentur se nos sedm; factis autem negant; Sicut enim ut iohannes in
 epistula sua dicit. Iam nunc Antichristus in mundo est: sine dubio

& hoc signum in membris ^{is} in praesens est: proprius autem atq; specialē
nouissimus illis diebus quibus manifeste idem homo peccati quinunc
occulte in suis mysterium uino peritur iniquitatis apparuit. Ca-
racterem in manu dextera aut in frontibus suis reprobis habere est:
eundem ipsum reproba fide ac reprobi ^{is} actione; Quare autē hoc sig-
num p̄ suos praedicatorēs inponat. sequens uersus indicat quo di-
citur: Nequis possit emere aut uendere. nisi qui habet caracterem
aut nomen bestiae aut numerum nomini eius. quasi quoddam nego-
tium faciunt qui praedicationem praerogant. & apostolis fidem re-
portant: fidem in periturū & eorum sciam protinus uitam sumunt.
Sic enim iustorum praedictio negotium non fuit sc̄: p̄fecto psalmista
non dicitur. Sumite psalmum & date tym panum. In tym pano
& enim corium siccatur ut sonet. Quid est ergo dicere sumite psal-
mum & date tym panum. nisi accipite spiritalem canticam cordis
& reddite temporale maceratione corporis. Si supra praedictio
negotium non fuit sc̄: Nequaquam sub typo fortis mulieris sala-
mon desit ecclesia dicitur: Sindonem fecit & uendit & cingulum
tradidit churaneo. Et quid signatur linteis sindonis. nisi subtilis in-
terio sc̄ae praedictionis. inquam molliter qui escitur. quia mens in illa
fidelium spe superna re fouetur. Unde & petro animalia in linteis
demonstrantur. quia peccatorum animae misericorditer ad gre-
gatem in blanda fidei quiete continentur; hanc ergo sindonem eccle-
sia fecit & uendit. quia fidem quam credendo texerat loquendo
dedit. & ab infidelibus uitam recte conuersionis accepit. Quae & chu-
raneo cingulum tradidit: quia purgorem demonstratē iustitiae
fluxa genitalitatis adstrinxit. Ut ergo hanc negotiationem pueri-
tunc illi praedicatorēs auferant. omnes reprobos antichristi signo
depingunt. ut non iam ueri negotiatores. sed ut ita dixerim quidam
appareant mangones. Multis enim praestigijs ita agent praedica-
tionem & fidem ecclesiae. quas usq; ad tempus illud quasi quaedam
mercatio celebrata est auferre. Omnesq; sic unius praedicationis &
fidei signo censeri sicut mercatores qui una uidentur naue portari
uniformi cognoscuntur signo teneri. sic namq; dicitur: Nequis
possit emere aut uendere. nisi qui habuerit caracterē bestiae; tāquā
diceretur. Ut nemo istius tunc merces aut dare possit aut accipere

De mercatoribus;

quibus nunc fideles caractere xpi signati merere uidentur. sed illas
 quas illo in tempore ministri satane offerunt. & accipiunt antiehristi
 signo censeri; Quod utiq. pra. ualebunt in suis. sed nunc quid in nr̄is
 absit. Non enim ista meratio cessabit inter nr̄os. quia ad bestiae caracte-
 terem nullus electorū accurrat. Ad illas namq. nundinas illi negoti-
 atores ex imo adq. extremi. enoch & helus occurrunt. qui a hitantū
 merces ecclesiae pra. dunt ostendunt. ut non solum xpi an fidei de-
 diti. uerum & iam ipsas concupiscant qui signo bestiae uidebantur
 censeri. dno de uis eorum dicente. helus ueni & ipse restitua & omnia;
 Et quia p. ut dno largiente potuimus. quid significet caracter bestiae dixi-
 mus. nunc super est. ut & iam figuram eius ex primamus. quod uesit
 nomen bestiae. numerusq. nominis eius subtiliter requiramus.
 Sed cum similitudinem caracteris ex presferimus. prudente lectore
 ammonemus. ne hunc secundum litterā aut in manu. aut in frontib.
 poni & istam. sed ex eodē caractere forinsecus ex presso. intellegat
 quae sit notacriminis. repborum animab. interius depicta. Et quidē
 superius solum caractere posuerat. nunc uero p. sinonymā & caractere
 & nomen bestiae. numerūq. nominis eius iterando inculcat.
 Unumq. esse qui habuerit. aut caractere bestiae. aut nomen eius.
 aut numerum nominis eius ostendat. Et quia uult de. ad intellegendū
 haec quae scribentur obscura cernentur. dedit signum per quod & ca-
 racterem & nomen bestiae lector intellegere possit. Deniq. exhortan-
 do subiungit dicens. Qui habet intellectū conputet numerum bestiae
 numerus enī hominis est. & numerus eius sexcenti sexaginta sex.
 Et reuera quasi iudicium dedit quo possint haec ad intellegendum
 penetrari. sed ad huc nobis nimium obscura cernuntur. quia intel-
 lectus ille ut cupimus nobis in eē non uidetur. Oremus ergo neces-
 se est. datorem intellectus ac gemitib. cordis dicamus. Da mihi in-
 tellectum dne. **O**bsecro mē ihū dator prudentiae. qui das & n̄
 in p. peras. obsecro in quoniam die interiori homini meo. Intellectum da
 bonū & instruatē. & ecce dū orans loquor. praesentiam tuam ad esse
 cognosco. qui & iam in uocantē te. piā munera largiturus pra. occu-
 pant dicit. Antequam me in uocauerint. dicam ecce adsum. Quae ergo
 ante mihi elucēt. p. ducam necesse est. ad cognitionem lucis. Agnūne
 faciamus numerum. quem dixit iohannes accēpi. ut in numero nomen

R

:

c

s

Oratio.

Etiam cognoscimus & characterem. ac primum ponamus characterem
deinde nomen: ad extremum numerum nominis. Ipsum quoque nu-
merum in nomine requiramus: quod utique in ea lingua faciendum esse
cognoscimus: in qua prius haec apocalypsis initium sumpsit. Ingre-
ssa scilicet: in qua praeter euuangelium mathei & epistolam pauli ad he-
breos: nouum testamentum intium dedisse nulli dubium est. Quia enim haec
reuelatio graecae locutione sit edita atque conscripta. ipse iohannes auc-
tor eiusdem historiae indicat. qui euuangelium in persona christi dicen-
tem secundum idioma eiusdem linguae introducit dicens: Ego sum
Α & Ω. Characterem sane ex munio scribendum censemus: nomen autem
similiter rubeo colore. numerum uero nominis nigro super ipsum
nomen exprimeret scriptorem ammonemus: & qui his qui gre-
cae litteras ignorant consulemus: ipsum & iam characterem & no-
men latinis litteris sequenti loco scribimus: Est autem character in
hunc modum expressus. **Χ** **Ρ** **Ι** **Α** **Ν** **Τ** **Ε** **Μ** **Ω** **Σ** **Α** **Ν** **Τ** **Ε** **Μ** **Ω** **Σ**
includitur nomen uero est. **Α** **Ν** **Τ** **Ε** **Μ** **Ω** **Σ** **Α** **Ν** **Τ** **Ε** **Μ** **Ω** **Σ**

Numerus autem nominis est. sexcenti sexaginta sex; quem numerum
ut fieri decreuimus secundum quod graeci per characteres suos scribunt
numeros & lectitant super ipsum nomen adfiximus. Sed quid pro-
dest inuenisse characterem. inuenisse nomen bestiae. numerumque no-
minis eius. nisi quid ipsum nomen inter pretatum in nostra lingua sig-
nificet indagemus? nisi enim interpretatio nominis appareat. ca-
racter positus ut puta christi nomen. nil mali ostendit; Praemissum
in quantum ualuit auctor huius historiae simulationibus partis ad-
uersae. quibus sibi indebitum detrahit nomen diaboli. natus usurpare.
In characterem scilicet quo christi nomen exprimitur. ut ostenderet antichristum
ipso honore contrarium. ammonuit per numerum nomen querere.
atque ex nomine qualitates meritorum agnoscere; Nomen autem per
numerum inuentum. id est antemus: in nostra lingua inter preta-
tum honori contrarius sonat: nec in merito. Nam & antichristus
christo contrarius inter pretatur. Ac si ipsa expositio nominis loqueretur
dicens. honori qui soli conpetit christo in eo contrarius quo docetur
ineptus. inportunus incongruus; Neque enim honor ei sed anathema
conuenit. Quam obrem per numerum nomen. ex nomine subputatur.
numerus inuenitur. atque ipsius interpretatione nominis qualitas

meritorum agnoscitur; Est autem ad huc aliud nomen immo grecū
 uerbum quod eiusdem numeri complectitur summam. id est **Α Π Ν**
^{lax} ^{cccc} ^{xl} ^v **Ο Υ Μ Ε . arnume**. Qui simul ducti faciunt sexcentos sexaginta
 sex; Interpretatio autem eiusdem intellegitur nego; Sed nec mirum
 quod hoc uocabulo dignus iudicetur Antichristus id est negationis: cū
 dñō ihū xpō nomen congruat credulitatis: ipso dicente hoc est opus dī:
 ut creditis in eum qui me misit: Item q. creditis in dñm & in me creditis:
 Ac p hoc siue honori contrarius quod est Antemus siue nego quod est
 arnume: digne ad Antichristi psonam potest utrūq. referri: Ut pu
 te p duas partes orationis. nominis scilicet ar uerbi. & persone qualitas
 & operis insinuetur asperitas; Est quoq. adhuc aliud nomen greca
 latina q. consuetudine apud poetas huius seculi usurpata. apud uul
 gi uero multitudinem poene ignotum; Quod si grecis litteris qui
 bus ipsi numeros scribunt exaretur: ipsum sexcentessimum & sexa
 gesimum sextum numerum implere uideatur. est enim nomen.
^{cc} ^v ^x ^{ccc} ^l **Τ Ε Ι Τ Α Χ Τ Ι Τ Α Χ**. Dicitur uero sol. & reuera non absurdum habet
 intellectū. ut damnatus tunc ille homo solem iustas asserat. ac lucem
 ueram que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mun
 dum. Cum sit in eo apostata Angelus trans figurans se uelut angelum
 lucis: Am monens hominib. se lucem ueram pferri quos uult a luce iustas
 sepāre; Nam & sathanas pferamus qualis homo ille peccati fraudulent
 lucem seuocare suadeat. in ipsis scilicet latinis litteris hunc numerum inue
 nimus hoc modo; **DI CLU X**. Nam **D** apud nos quinquaginta. **I** unū.
C centum. **L** quinquaginta. **V** quinq. **X** decim p faciunt. qui simul
 ducti sexcentos sexaginta sex consummāt; Et quia latino sermone
 hunc numerum. In latino scilicet nomine inuenimus. possumus
 ad huc eundem numerum. si p grecas litteras scribatur gothico nomine
 reperire hoc modo. ⁱⁱⁱ ^v ^{cc} ^{viii} ^{co} ^x ^{xx} ^{lxx} ^{cc} **Γ Ε Ν Ε Η Π Ι Κ Ο Ε . gentericus**
 Qui simul ducti faciunt sexcentos sexaginta sex; Interpretatio autem
 eiusdem nominis est gentium seductor: in eo xpō contrarium. quo
 ille seductor. iste uero dicitur gentium saluator. Siue et go hoc siue
 illo modo. siue in greca siue in latina seu in gothica lingua hic nume
 rus accipitur. Non incongrue ad Antichristi psonam refertur.
 Sed est ad huc quod de eodem numero subtili inuestigatione pensamus.
 ut plura de eo offerentes lectori plenius sciri faciamus; Dicitur ergo

numerus eius sexcenta sexaginta sex; Senarius quippe numerus
apud secularem scientiam ideo perfectus est: quia primus in nume-
ris completur partibus suis: id est sexta sui parte tertia & dimidia quae
sunt unum & duo. & tria quae in summam ducta sex faciunt. Nec alius
ante senarium numerum reperitur: qui suis partibus dum dividitur
toti eius summa completur. Quique dum a sexta sui parte id est ab
uno in denarium. a tertia autem in uicinarium. a dimidia uero multi-
plicatus in tricenarium surgit: quasi quadratum denarium reddat
sed ut solidetur. Rursum a sexta sui parte quae in denarium surgit.
ad centenarium peruenit: Sicque in singulis suis partibus multiplicator
sexcentos consummat: Sed quia cuncta haec per sacrae scripturae celsi-
tudinem proficiendo transcendimus: ibi senarium ibi denarium. ibi sexa-
genarium. ibi centenarium. unde sit perfectus inuenimus: In scriptura
& enim sacra numerus senarius ideo perfectus est: quia in mundi origi-
ne dominus ea quae primodie coepit sextadie opera impleuit: cum ho-
minem propter quem cuncta creauerat. ad imaginem suam fecit.
Denarius numerus in ea perfectus est: quia lex in decem praeceptis con-
cluditur: Omnisque culpa non amplius quam per decem uerba cohibe-
tur. atque enarrantes ueritate operatores uineae denario remunerantur.
Sexagenarius in eo perfectus est: quia omnia quae in sex diebus operan-
tur: eiusdem decalogi mandatis concluduntur: atque euuangelio, p-
testante eloquio terra bona fructum sexagesimum reddit: Cente-
narius in eo perfectus est: quia decem decalogi mandata decies multi-
plicata comprehendit: omnem operationis summam concludit.
Nisi enim centenarius numerus perfectionem designaret: nequa-
quam ^{dominus} ad discipulos diceret: Omnis qui reliquerit domum & fratres
aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut filios. aut agros propter
nomen meum: centuplum accipiet & uitam aeternam possidebit.
Quia ergo primus homo sextadie conditus. uitae praecepta contē-
nens: humanum ^{genus} conditoris excluderat. Sed ne sine lege periret
diuina eum pietas decalogi mandatis adstrinxit. recte a sexta par-
te senarius unus ad decem peruenit: & quia eadem praecepta sex diebus
quibus operari licet ita paguntur. ut etiam siluatore in sextamundi
estate apparente ac legem mandatorum in decretis euacuante. nequa-
quam aboleri sed impleri praecipiantur: bene idem denarius

.. a lege

sexies multiplicatus sexaginta proficit; Quia autem ipsi decilogi mun-
 data quidam transcendentes in perfectionis culmen eriguntur;
 tunc idem denarius numerus decies multiplicatus ad centenarium
 pertingit; Quia uero siue mundi elementis uisibilibus in sex diebus perac-
 tis siue decalogi mandatis sex diebus peragendis seu perfectionis labo-
 ris finis creditur inponendus digne idem numerus centenarius sexies
 multiplicatus ad sexcentos puenit; Quae cum ita sint non inconuenien-
 ter existimamus ut idem senarius numerus suis partibus multiplicatus
 omne tempus uitae praesentis quod sex mundi aetatibus pagitur
 significando percurrentis; nouissimum & ultimum tempus quo finis expec-
 tatur ad futurum specialiter designet; Et ut inuicem sibi cum fine concor-
 dari uideantur; adicitur ad sexcentos sexaginta idem senarius & fiunt
 sexcenti sexaginta sex; Nam & nomen christi quod se phypocrisin scita-
 tis antichristus natus usurpare; prope illud dierum proficit numerum
 quem in persecutione eiusdem antichristi haec apocalypsis sepius pronun-
 tiat ad futurum idem dierum mille ducentorum uiginti quinque hoc modo.
M LCC LXXI . In cuius se speculatio fraudulenter opponit aduer-
 sitatis incuratere scilicet superius expresso; **P** ubi conpendio totum
 christi nomen includitur; quia ergo homo ille **F**ilii peccati filius perditionis
 christum se esse fallaciter nouissimis seculi diebus adfirmat; tamquam ipse sit
 conditor omnium quae in sex diebus peracta uoluntur sequae **A** & **W**
 principium & finem & dominum scilicet uite seculi & hominem in fine seculorum
 mentitur; tunc tenetur bestiae per intellectum comparatus sexcentis-
 simus ac sexagesimus sextus omne tempus uitae praesentis comprehen-
 dens & diabolice fraudis nequitiam & finale seculi terminum ostendit.
 Uerum quia solutus quoque numerus nominis praefatam rursum die-
 rum mille ducentorum uiginti quinque proficit summum non debemus esse
 admittendum pigri; maxime cum aptus sit idem sensus huius expositio-
 ni; In quadragenario & enim atque senario numero insinuatum nobis
 meminimus dominici corporis formam quam pro primo adam erro-
 ribus corrigendis secundus adam christi de beata uirgine suscepit.
 Propter quod in euangelio ait; Soluite templum hoc & in tribus diebus
 excitabo illud & respondentibus iudeis; Quadraginta sex annis aedi-
 ficatum est templum & tudicis uiribus diebus suscitabo illud quod euuan-
 gelista exponens ait; hoc autem dicebat de templo corporis sui;

In quibus scilicet uerbis & errantes non errabunt: quia hoc quod de terreno
 templo estimabant de corpore christi prophetabant. nec in merito. Nomen
 quippe adum litteris grecis exaratum secundam quod ipsi numerum con
 putant: quadragenarium & senarium complecti hoc modo, ¹¹¹¹ **ΑΔΑΔΔΔ**
ΛΘΛΘ. Qui faciunt quadraginta & sex. Si autem ipse quoque numerus
 fuerit solutus. & per semetipsum sicut latinae dicitur grecis litteris scrip
 tus & ductus. id est quadraginta sex: illum profecto numerum complecti
 hoc modo. ^{xx}^{lxx} **ΚΘΥΛΑΡΑΓΓΙΝΤΑΞ** ^{cccc}ⁱ ^{lxx}^{vi} ^{lxx}^v **ΕΞ** ^{lxx}^v **quadragesima sex**
 Qui simul ducta faciunt mille ducentos uiginti quinque; Ecce & enim
 tempus illud quod superius in caractere expressum ostendimus. nunc
 solum nominis digesta series eiusdem numeri summa demonstrata
 concludi. Quam ob rem dum sibi utraq. conueniunt: non inanis
 sed certa causam misterii indubitanter ostendunt. Hinc est enim
 quod de simulatione antichristi apostolus ait. Ita ut in templo sedi
 deat ostendens se tamquam sit deus. Ut uidelicet sicut falsi agnoscit
 si imitatione ac rerum simulium quas supra meminimus. sic & iam
 templum sedi arte non ueritate transfigurare. Possunt quidem de
 hoc numero plura & ubi intellectui apta proferri: sed iam ista debent
 sufficere. Inter haec autem questio animum pulsat: quomodo uera
 sit haec expositio quam modo protulimus: cum dies mille ducenti uiginti
 quinque in caractere comprehensi. a tribus annis & sex mensibus qui
 in persecutione antichristi specialiter ac saepius describuntur. duos
 & quadraginta dies minus habere uideantur: quam questio nem nisi eno
 dauerimus: inridendus potius erit quam suscipiendus praemisse
 expositionis sensus. Sed sciendum nobis est. quia praefatum persecutio
 nis tempus. nec uno semper modo. nec sub unius eiusdemque numeri
 definitione. sacra scriptura ponere consuevit. Nam & in hac apoca
 lypsi de muliere quidem parturiente dicitur. Dantes sunt mulieribus
 alae aquilae magnae ut uolaret in desertum. in locum suum ubi ala
 tur per tempus & tempora & dimidium temporis a facie serpentis;
 Rursumque eundem tempus recapitulando complectitur cum dracone
 & bestia dicitur. Data est ei potestas facere mensibus quadraginta duob.
 Superius uero eiusdem temporis numerus ita terminatur. Et dabo
 duob. testibus meis & prophetabunt diebus mille sexaginta: & certe qua
 draginta & duo menses. id est tempus & tempora & dimidium tempus.

Decem & septem dies super mille ducentos sexagēta habere uidentur
 Sed nec in ista tantum apocalypsi eiusdem temporis numerus uariatur . . .
 Cum uidelicet uisione idipsum fieri repperatur . Nā cum angelus qui
 eidem prophetae uisionem ostendebat de nouissimis tribulationibus diceret .
 Ueni & tempus quale non fuit ab eo quo gentes esse coeperunt sup terrā
 usq. ad tempus illud . & cetera . Atq. idem beatus interrogat & daniel hel . as .
 que quo finis horū mirabilium secutus . angelus exposuit dicens . qui a m
 tempus temporum & cum conpleta fuerit dispersio manus populi scī . con
 plebuntur uniuersa haec . Tempus scilicet tempore unū & duos annos
 significat . qui faciunt dies mille nonaginta quinq. quod rursum tem
 pus exprimit dicens . A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium .
 & posita fuerit abominatio in desolatione dieb. mille ducentis nonagin
 ta . Rursumq. hoc ipsum tempus concludit dicens . beatus qui expectat .
 & peruenit ad dies mille trecentos triginta quinq. . De cuius expressione
 temporis alibi ait . cum scōs in manu antichristi . ipso in tempore tradi
 denuntiat . Sermones contra excelsū loquetur & scōs altissimi conte
 rit . Et tradentur in manu eius usq. ad tempus & tempora & dimidiū
 tempus . id est tribus annis & sex mensib. qui faciunt dies mille ducen
 tos septuaginta & septem . Ecce enim unum loco dies mille nona
 ginta quinq. alio autem mille trecentos triginta quinq. alio uero
 mille ducentos septuaginta & septem positos inuenimus . qui eius
 dem temporis significant quantitatem . Quae cum ita sint non ab
 surde incurac tere quo dies mille ducenti uiginti quinq. conti
 nentur eiusdem temporis quantitatem expressum fuisse dixi
 mus . p. quam fraus & nequicia illius peruersi hominis ostenderetur .
 nam & in greco si . **I E C C E P A K O N T A E T T E S S E R A C O N T A**
EX . id est quadraginta sex p. suos characteres scriptū specialibus nume
 ris sub summetur ab ipsius significatione temporis non elongat .
 facit enim mille trecentos decem & septem . Sed quid sibi uult
 quod hic numerus circa ipsius significationem temporis ita uariatur .
 nisi quia p. hoc factum & diei iudicii ac secundi aduentus notitia in
 ipsis & iam nouissimis saeculi dieb. positus hominib. denegatur .
 & deuotis lectoribus exercitium pu laboris ministratur . Inqui
 rentibus discipulis ac dicentib. Onē si in tempore hoc restitues
 regnum israhel . respondit . Non est ur̄m nosse tempora uel .

capitulum 18 hinc inay
De agno & monte
sion.

momenta quae pater posuit in sua potestate: hinc ppendant hinc
erubescunt. qui sex mundi aetates sexies senis milibus computantes
no uisimum tempus suae meritate scire se uolunt. Sic iam in ipso
fine posita haec cognitio denegatur: Non enim sex milia annorum
scriptura computare nos docet: sed sex mundi aetatibus omne tempus
uitae praesentis concludi. Prima & enim seculi ab eis duorum milium
ac quadraginta duorum annorum curriculum euoluta cognoscitur:
Sexta autem ac nouissima est. quae nunc agitur. quae quanto tem
poris spatio proleatur ignoramus. Et quidem signa quae ad no
in euangelio de fine seculi praedicta sunt. completa iam cernimus.
sed quantum adhuc ipsius temporis finis in longum protrahatur
nescimus. At contra quid dicant cum finiti fuerint sex milium anni
tunc erit consummatio. Quid aliud agunt. quam contra dni in
terdictum tempora scire se uolunt. sed absit a fidelium cordibus
ut hoc se scire audeant. aut cupiant. quod dnus & cum angelos latere
uoluit. sequitur. Et uidi & ecce agnus stabat supra montem sion
& cum illo centum quadraginta quatuor milia habentes nomeneius
& nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Nunc usque tristi
a ex ponebamus. sed do gratias qui ad leta enodanda transimus.
Hinc ergo laeta procedit oratio. hinc iocunda puenit expositio.
Quid autem accipimus p montem sion quumter pretatur specula
sonit. nisi scim ecclesiam quae & uentura mala auenda denuntiat
& bona. eterna in desinenter speculari contendit.
Quia enim sion ecclesiam designat. testatur psalmista dicens:
Pater sion dicit homo & homo factus est in ea. & ipse fundauit eam
altissimus. De qua rursum per eundem psalmistam dicitur:
Qui confidunt in dno sicut mons sion non commouebitur in aeter
num qui habitat in iherusalem. Ipsa est ergo sion quae & iherusalem.
scilicet uidelicet electorum ecclesia. Quis uero iste agnus sit. ex pon
ne ter se non est. sed dici opus est. Ipse utiq. est qui uespera diei
p salute mundi immolatus est. De quo a nobis pro amoris eius mag
nitudine iohannis uoce frequissime dictum est. Ecce agnus dei ecce
qui tollit peccata mundi. Et de quo alibi scriptum est. Oblatus est quia
ipse uoluit. & peccata nostra ipse portauit. Qui uitem significatio
phane numeru sacratum. nisi ut ex consequentibus agnoscamus. cur

ne & anima uirginis xpi / qui uidelicet numerus tamquam finitus
 pro infinito debet intellegi: & sacriatus secreti significatione mysterii;
 Centenarius & enim numerus in diuina scriptura semp pfectus
 ostenditur: unde saluatore in euuangelio de uertis semini b. dicitur:
 Aliud cecidit in terram bonum & ortum fecit fructum centuplum:
 Quod scilicet iuxta paternam traditionem: ad uirginum ptenere
 p batur professionem: Rursumq pharisaeis parabolam proponens
 ait: Quis ex uobis homo qui habet centum oues: & si perdidit
 unam ex illis nonne dimittit nonaginta nouem in deserto & uadit
 ad illam quae perierat donec inueniat: & illud quod supra posui
 mus eiusdem saluatoris dictum: omnis qui reliquerit domum uel
 fratres: aut sorores: aut patrem: aut matrem: aut uxorem: aut fili
 os: aut agros prope nomen meum: centuplum accipiet & uitam
 & etiam possidebit: **Q**uadragesimarius autem numerus quam
 quam multis diuinis co attestantib oraculis probetur pfectus:
 in eo tamen nobis maximae commendatur: quo uel decalogi man
 data per quatuor libros scilicet euuangelii quater ducta adimplentur:
 uel quod dñs noster quadragesima dieb. se iunium pegisse cognoscitur;
 Quater narius uero siue propter quatuor paradisi flumina: qua
 tuorq xpi euuangelia: seu propter quatuor notissimas mundi par
 tes: quatuorq principales uirtutes manifeste pfectus habetur;
Sed & mille narius in ipsa sacra scriptura uere pfectus probat:
 quia appellacione eius uniuersitas designatur: Unde scriptum est:
 Uerbi quod mandauit in mille generationes: Cum enim nequaquam
 credendum sit quod ad certum generationes mundus extendatur:
 qui d aliud mille generationibus: nisi generationum uniuersitas
 figuratur: hinc est quod hoc praesens tempus a passione xpi
 usq ad finem seculi: millenario annorum numero in hac apoca
 lypsi designatur: cum p iohannem descis dicitur: Et uixerunt
 & regnauerunt cum xpo mille annis: ceteri mortuorum non
 uixerunt donec consummentur mille anni: Sciendum & uia
 quod hic numerus ex aliaratione inuenitur pfectus: Nam
 propter rationem conuater nante trinitatis: siue tres p qua
 tuor: seu quatuor p tria ducamur: ad duo denariu puenimus.

Quo scilicet pene nullus in numeris sacrator inuenitur. Siue autem
ter duo denos p quatuor. siue quater decus dipon dius p tra ducamus.
centum quadraginta quatuor p ficimus. Siue ergo isto siue illo mo
do hic numerus quia pfectus ostenditur. tamquam finitus prom
finito debet accipi. Dicatur igitur. Uidi & ecce agnus stabat supra
montem sion. & cum eo centum quadraginta quatuor milia. ha
bentem nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.
O quam mira. o quam artificiosa sunt eloqui di. o quam oportune
hoc in loco agnus uictor. contra bestiam opponitur. Agni uictores.
agno triumphatori adherentes. Agni cum agno. contra bestias & lu
pos pugnantes. Agni cum agno. bestias & lupos superantes. Agni
bellatores. caracterem bestiae abnuentes uictorius agni depictas
caractere fontes habentes. Et reuera oportebit ut ostensa ima
ginaria similitudine quam colet. & cuius similem facta aduersitas.
in caractere scilicet aut nomine uel numero nominis. In uicta
quoque ecclesiae castra demonstrarentur. ne tam uehementi p se
cutionis impetu. eandem ecclesiam uel succubuisse uel perisse.
infirmus animus arbitraretur. Ac ne de electorum numero.
quem piam cecidisse putaret. de solis uirginibus hic mentio
nem fieri decuit. quia actio ris uiae. & angustioris semitae iter
arripere maluerunt. Ut cum de his tam copiosa ostenditur
multitudo. multo maior de ceteris ecclesiae membris. in fide
p mansisse non dubitetur. Et notandum quod hi qui cum agno
contra bestiam pugnant supra montem sion stare p hibentur.
cum ipsi sint ille mons sion ac hierusalem. Nisi enim quilibet se ip
so altior fuerit. nisi semet ipsum despiciendo calcauerit. nisi aet
na contemplan do se ipsum transcendere. de bestia triumphabit.
In magna enim mentis celsitudine stare debet. qui contra sae
culi principem certamen inat. Sed cum de uicta morte idem
leo & agnus. dñs scilicet ih̄s xps ad dexteram patris sedere dica
tur. Quid est. quod hoc in loco scriptura ista. nouissimo eum tem
pore supra montem sion stare testatur. nisi quia sedere iudicantis
est stare uero adiuuantis. qui uidelicet narratione xpi pro
ecclesiae quae adhuc in laboris certamine desudat. dimicant

ostenditur. Hinc est & iam quod beatissimus ille protomartyr
 stephanus manibus persecutorum comprehensus intuens in cae-
 lum ait. 'Ecce uideo caelos apertos & filium hominis stantem
 ad dexteram uirtutis.' Et nec mirum sit tunc illis abundantius adiu-
 uando inherere. quando in maior persecutio illos artabit. qui
 ascensurus ad patrem omnibus in commune ait. 'Ecce uobiscum
 sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Et quia
 uerum agnum secuntur. uerum agni carere tere signantur. qui &
 uirginitatis custodia diu multumque laborauerunt. insuper & iam
 & martyrii tormenta sustinuerunt. Post tam laboriosam
 uirginitatis custodiam. post tantae inmanitatis seuitiam. quae
 sit eorum ceteris eminentior gloria. manifestatur cum per tinus
 subinfertur. Et audiui uocem de caelo tamquam uocem aquarum
 multarum & tamquam uocem tonitruum magni. & uocem quam di-
 dii sicut citharizantium citharizantium in citharis suis. & can-
 tabunt quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor ani-
 mala & seniores. & nemo poterit dicere canticum illud nisi
 illa centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de
 terra. hi sunt qui cum mulieribus non sunt inquinati uirgi-
 nes enim sunt hi secuntur agnum quocumque ierit. Hoc loco
 per caelum quod aliud quam ipsa citharizantium chorda signantur.
 uox autem illa de caelo audita non corporalis sed spiritalis debet
 intelligi. Amor & enim sanctorum uox est clamoris ad aures in caelum
 scripti spiritus. Et quia idem numerus uirginum ex diuersis popu-
 lis conficitur. idcirco uox decantantium tamquam uox aqua-
 rum multarum dicitur. quia uero uenturi examinis ex ipsis
 praedicatorum existunt. ideo uox eorum uocis tonitruum conpa-
 ratur. Quia quoque passiones christi imitando adimplent. prop-
 ter ea uox eorumdem canentium uoci adsimilatur cithari-
 zantium. Sed cum sint idem uirgines sedes dei quatuor quatuor
 mala ac seniores. quid sibi uult quod ante sedem & ante quatuor
 animalia ac seniores hoc canticum decantare dicuntur.
 an forte ut deceteris taceam. iohannes euangelista. utique uir-
 go non est sedes dei. aut non computatur in numero animalium

De uirginibus;

uel senorum: ab sit ut creditur. Quid est ergo quod ante sedē &
ante quatuor animalia ac seniores nouum canticum istud decantant.
cum sint ipsi ut dictum est sedes dī. animalia atq. eminentiores eccle-
siae dī. nisi quia remotis temporalium cogitationum uicis situdi-
nibus. hi quos aeternitas fixa stabilitate suscepit. semper ante
se ipsos stare conpellit. & ante se & enim consistunt. qui nulli
rerum mutabilium uarietate a contemplatione conditoris ani-
mos elongant. Cum uero eminerē apostolos certum sit eccle-
siae dī quorum unus ut de ceteris taceam. petrus uidelicet ap-
tulus qui uxorem habuisse legitur. in eo quod soerus eius febricitans a
dnō in euangelio sanata manifestatur. quomodo quos libe-
fide & carne uirgines. illi praeferre secundum hanc scripturā
ualemus. qui & cum specialiter audire meruit. Quodcumque
liga ueris super terram erit ligatum & in caelis. & quodcumque
solueris super terram erit solutum & in caelis. quiq. cum ceteris
suis co apostolis principalit. ad iudicandum cum dnō sessurus est.
sicut illis ipse dn̄s dicit. In regeneratione cum sederit filius homi-
nis in sede maiestatis suae. sedebitis & uos super duo decim thronos
iudicantes duo decim tribus isrl̄. Et certe de uirginib. a sauis
pphetis dicit. Haec dicit dn̄s eunuchis. qui custodierint sabbata
mea & elegerint quae ego uolui. & tenuerint foedus meū. dabo
eis in domo mea & in muris meis locum. & nomen meum a filiis
& filiabus. nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Quique
& nouum cantant canticum quod nemo alius potest dicere. & agnū
quo ceteri sequi non ualent. soli sequi dicuntur. An forte dicere po-
terimus hoc non solum de fide & carne solis uirginibus dictum
intellegi debere. sed de his & cum quibus apostolus dicit. Dispon-
di uos ut uiro uirginem castam exhiberetis xp̄o. quod si ita est. quo-
modo hi solum modo dicere possunt canticum illud. & ceteri non
possunt. Aut quo modo hi agnum uirgines sequi ualent quo cete-
ri non ualent. quo modo de his ad comparationem aliorum di-
citur. hi sunt qui cum mulieribus non sunt conquinati uirgines
enim sunt. An forte dicere quisquam audebit in legitimo coniu-
gio hanc iniquationem de se. nisi enim in ipso legitimo con-
iugio haec peccati iniquatio inesse. nequa quam dauid

propheta de legitimo utiq; conuugio conceptus & natus dicitur. Ecce
 enim iniquitatibus conceptus sum & in delictis peperit me mater
 mea. quid in his intellet tui. quid de his sumus dicitur? & certe ad
 firmare non audemus quemlibet uirginitate praeclarum. in il-
 la supra beatitudine aliquem ^{beato} petro apostolo. anteferre. praet
 scilicet beatam illam ac sacratissimam uirginem quae singulari me-
 rito atq; integerrima uirginitate & sponsa simul & mater ef-
 ficauerit di. quod nomen nulli umquam alio diuina largitate con-
 cessum est. Exubere igitur hoc solum omnia scorum merita
 cum una eadem puella. & uirgo & mat pmanet sempiterna.
 Unum tamen est quod audenter & ueraciter dicimus. quia siue
 rum est quod de eodem beato petro dicitur. id est quod uxorem
 habuerit. nec canticum illud dicere. nec agnum quocumq; ierit.
 potest sequi. Sed si ut dicitur uerum est quia idem apostolus
 cum uirgem habuit. ac pro hoc nec canticum illud dicere. nec
 agnum quocumq; ierit sequi ualebit. minus beatus erit. quis
 hoc dixerit? quomodo ergo hanc absoluumus questionem?
 nisi eo forte quo sequestrata apostolorum prophetarum patriar-
 charum atq; doctorum. praecipua dignitate quos xps & hic &
 in futurum super ecclesiam suam uoluit eminere. qui fortasse le-
 gitimo adhuc conuugio deceteris ecclesiae membris
 dictum intellegi debere. Sed quis audeat ad firmare quod
 in diuinis uoluminibus non potest inuenire? habent certe secun-
 dum huius scripturae sententiam in illo futuro regno uirgines.
 quod non possunt habere sortiti conuugis. quia & nouum canticum
 nemo alius potest insonant. & agnum quo nemo alius potest
 secuntur. Et reuera multos hodie intra sciam ecclesiam positos
 ceruimus. qui dudum conuugio obligati fuerunt. uirgines
 quosdam praecellere in suis operibus. Qui tamen utriq; adae-
 tam pducti. quo ordine isti qui fide & corpore uirgines sunt eos
 in eadem uita antecellant nescimus. Rursumq; alios in ueni-
 mus carnis copula sortitos. multas pro xpo p tulisse passiones.
 atq; in ipis spm exalantes ad regnum puenisse. Alios uero in pa-
 ce ecclesiae. uirginitate custodita quiescentes ad eandem patriam
 puenisse. Et tamen quantatione hi qui confessores & uirgi

De uirginitate.

nes esse uidentur: in illo in mortali regno qualiter martyribus prae-
lati sint similiter ignoramus. Unum est quod saepius replicamus;
Quia quo pacto ignorantem tamen est ibi quaedam egregia gloria
uirginum iuxta quam non potest habere grex reliquus xpi; Dicere
forte possumus quod ueraciter adfirmare non audemus: quia non
omnes uirgines in illo beato regno conuugatis prae cedunt: sed hi spe-
cialiter qui & uita & moribus ac tormento passionis uirginitate in sup-
cuncto dita coequantur conuugatis martyribus. Uerbi gratia si iohan-
nes apostolus in cruce fuisse leuatus ut petrus: si uerum est quod de
petro dicitur utiq. prae celsis eum: Quia ille uirgo: hic uero uir
& non uirgo. Sic duo martyres: sic duo monachi sibi prae ire uidentur.
Sed quid agimus quia hanc differentiam in hac scriptura non inuenimus.
neq. enim hic dicitur quidam uirgines curant illud canticum nouum
quod nemo alius potest dicere: nec dicitur quidam uirgines agnum
seruantur quo nemo eum alius potest sequi: sed in definite hoc decune-
tis uirginibus pronuntiat. Et forte idcirco quia in tantum uirgini-
tas carnis & cordis omnes uirtutes ante cellit: ut & cum martyrio supe-
rior sit: Ac per hoc meritam dignitatis uirginum omnes eminare.
in hac praecipuae scriptura testatur diuina auctoritas: Sed quid nos
intellectu pauperes: quid in his ambages circuitus facimus cum be-
atissimus agustinus ut doctor facundissimus in libro quem de sca uir-
ginitate edidit de his plenissime inueniatur disputasse: cuius & iam
hoc in loco expositione usus fuit primasius qui ante nos ista tractauit.
Ueniat ergo ipse ad medium de quo nullus dubitat fidelium: ueniat
inquam & dicat quid ipse de his sentiat. At enim in eodem libro in-
 nimes atque concordet efficiat. Soluetur autem nouissimis saeculidiebus. non
 tamen eas gentes quas xps ante mundi constitutionem elegit seducat. sed eas
 quas antequam solueretur seductas tenebat. Et quia seductio illa ne quor erit
 omnibus eius seductionibus. ad comparationem eius ista quaenunc agitur. se-
 ductio esse denegatur. Qui uero inter gentium & gentium seductionem
 prout dicitur posse nos delecta fecimus discreuonem. Uideamus nunc quomo-
 do & bonis & malis gentibus aptetur. hoc quod seductio illa millenario anno
 rum numero terminatur. Sic enim interponitur donec consumetur mille
 anni. Cum igitur hoc ipsum ad bonarum gentium protectionem redigitur.
 ita intelligendum est tam quam diceretur. Ideo clausit donec firmantur mille
 anni. Idest totum tempus uitae praesentis usque quo ille temptare potest
 ut non seducat ungentes. Cum uero ad malorum quindam restrictionem. ita subau-
 diendum est usque quo idem diabolus diuino iudicio absoluetur. ab illa seduc-

† In tam longo tempore & tanta infirmitate multorum plurimos tales quales dñs id perpetrā non uult & fideles deiceret.

De diuina p̄tenti
one ēta diabo
lum.

uone compescatur. qui contra xpm̄ & ecclesiam omnes gentes in proelium con
citare perhibetur. Tam quā scilicet idem millenarius annorum numerus. & ad
electarum gentium seductionem nullum diem extra se relinquat. & ad rep
barum extremam deceptionem triennium & sexmenses superadunget.
Dicatur autem. Clusit & signauit super eum ut non seducat amplius gen
tes. donec consumentur mille anni. Ac fidicretur. Diuinos ubiq. pro
tegens uirtus. idcirco aduersari uires repraessit. ne ut ad uitam eternā
gentes praedestinatās toto nunc tempore uel aperte uel occulte decipi
at. aut eas quas ad mortem seductas possidet. ita nequius ac deterior se
ducat. ut in neconfidelium unanimes atq. concordēs efficiat. Quod si
nunc ita easdem reprobās gentes seducere permittētur. ut per eas sicut
quandoq. facturū est uim suae uirtutis exereret. Tunc autem eisdem
gentibus seductas contra bonos propriis uiribus offerari permittatur. quan
do & breuiter tempus. id est triennium & sexmensium erit. & tales dñs ad certā
men praeparabit. qui uincere uis tanto impetu non possit. Quorū nimirum
uirtus omnibus signis & uerberibus fit potior. quia omne quod ab illo ter
ribiliter fieri conspiciat. per internae constantiae calcem praemit. Bono
rum & enim hostis suis uiribus traditus. pauco quidem tempore. sed mul
ta contra nos uirtute laxatur. quem tamen quāuis saeuitia ad crudelita
tem dilatat. superna hinc misericordia breuitate temporis coangus
tat. hinc enim per semetipsam ueritas dicit. Erit tunc tribulatio
magna. qualis non fuit ab initio mundi. usq. modo neq. fidē. hinc rur sū
at. Nisi breuiati fuissent dies illi. non fuisset salua omnis caro. sed propter
electos ad breuiabuntur dies illi. Quia enim & superbos nos & infirmos dñs
conspicit. dies quos singulariter malos intulit. misericorditer breuiatos dicit.
Profecto ut superbum terreat de aduersitate. & infirmitatem refoueat de
breuitate. praetergo quia & cum solutus fuerit ubiq. nos diuina miseri cor
dia occurrit. ac nequaquā gentes a patre xp̄o traditas ex quibus uniuersalis
constat ecclesia ad aeternam mortem seducat. sed magis publico certami
nis bello cauciores ac fortiores reddet. Inter haec autem fortasse infirma
consuetudo dicit. Cur omnipotens dñs eum quē semel sua uirtute alligauit.
solui quāuis modico tempore uoluit. si a me queritur. cur hoc uoluerit cito
respondeo quia magnae pietatis consilio hoc ipsum fieri decreuit. Ut &
electi intellegant quā fortis erat quē diuina uirtute & iam pusillum
cebat. & idem malignus spiritus sua uirtute efferatus erubescat.

quia nec tunc praeuulerit quando solutus totis uiribus. sicut. Si enim nunc solueret
 minus appareret eius maligna atq. crudelis potentia. De quo etiam dicitur. non
 est potestas super terram quae comparetur ei. Si non solueretur. minus sc̄arum
 gentium fidelissima patientia probaretur. minus ue perspiceretur. tam mag-
 no eius malo quā benefuerit usus om̄is d̄s. Sciendum praeterea nobis est
 quod superius memorae defuisse uidetur. quia ipsa alligatio diaboli quam nunc
 in reprobatione cordibus inclusus fremit. non solūtunc facta est ex quo coepit
 ecclesia extramuros iudaicorum in alias nationes dilatari. sed etiam nunc
 fit & fiet usq. ad finē saeculi quosoluentus est propriis uiribus. Quia & nunc
 homines quando ab infidelitate. uel prauis operibus. in quibus eos posside-
 bat conuertuntur ad fidem uel pia opera. ille utiq. fortis diuina uirtu-
 te alligatur atq. ab eo uas eius eripitur ut inter uasa xp̄i annumeretur.
 55. sequitur. Et uidi sedes & sederunt super eas & iudicium datum est illis.
 Quid per sedes. nisi electorum ecclesia exprimitur. quid per sedentes in se-
 dibus. nisi praedicatores sc̄i designantur. ipsa enim electorum ecclesia
 in una figuratur sede. quia hanc singulariter praesidet xp̄s. Ipsa in plu-
 ribus. quia multas est rectoribus commissa. Ipsa in una sede propter
 unitatem fidei. ipsa in pluribus designatur. propter multiplicatē reli-
 gionum atq. uirtutum. De hac enim longesuperius in hac apocalypsi. p̄
 iohannē dicitur. Sedes posita erat in caelo. Ac si diceretur. Ecclesia in cae-
 lesta conuersatione constituta. & super sedem sedens subaudi. Unus ac uis-
 rus d̄s in trinitate perfectus omnia uirtutis suae maiestatis regens & praesi-
 dens. Quā etiam uel propter generale regimen uniuersū quo a praelatis
 disponuntur subditi. uel propter geminū testamentū uetus sc̄ilicet & no-
 55. uum in uiginti quatuor seniores mox subdiuidit & ait. Et in circuitu
 55. sedis sedilia uiginti quatuor. & supra thronos uiginti quatuor seniores.
 55. sedentes. Nequaquam sine ut quidā heretici putauerunt hoc de ultimo
 iudicio accipiendum est. sed more solito scriptorem huius historiae cū
 dixisset. alligato diabulo per mille annos seducendi ad eptā fuisse solitā
 potestatem eiusq. solutionē futurā breuitempore indicasset. recapitu-
 tulando quid in his mille annis agat ecclesia. uel agatur in ea. texuisse.
 5 credendū est. cū enim de angelo de caelo descendente dicit. Ad prehen-
 5 dit draconem serpente antiquū qui est diabolus. & satoris & ligauit
 5 eum per annos mille. atq. post paululū. uidi sedes & sederunt super eas

¶ & iudicium datum est illis. & animas decollatorum propter testimoniū ihū
¶ & propter uerbum dī & uixerunt & regnauerunt cum xpō mille annis. Rur-
¶ sumq. post pauca. In hissecunda mors potestatem non habet. sederunt sacerdo-
¶ tes dī & xpī. & regnabunt cum eo mille annis. & cū consumata fuerint mille anni
¶ soluetur satanas de carcere suo. Patet proculdubio quia ante solutio nem
¶ diaboli ista uoluntur annu mille. regnum q. istud nunc teneat ecclesia cum
¶ xpō. In quo sicut textus narrationis modo nos docuit. has sedes atq. in eis
¶ sedentes uidit iohannes. Quod est autem hoc iudicium quod accipiunt seden-
¶ tes in sedibus. nisi iusta eligandi iustaeq. soluendi potestas. Unde & petro
¶ per sonam ecclesiae gerenti dicitur. Tu es petrus & super hanc petram
¶ aedificabo ecclesiam meam. & portae inferi non praeualebunt aduer-
¶ sus eam. & tibi dabo ues regni caelorum. & quodcumq. ligaueris super
¶ terrā erit ligatum & in caelis. & quodcūq. solueris super terrā erit solutum
¶ & in caelis. Hinc paulus ait. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare. non
¶ ne de his qui intus sunt uos iudicatis. Hinc rursum dicit. nescitis qm ange-
¶ los iudicabimus. quanto magis saecularia. angelos sub audis. praedica-
¶ tores. qui alia sacerdotis custodiunt scientiam. & legem exquirent deo
¶ reus. quia angelus dñi exercituum est. Iudicantur siquidem. & ipsi
¶ a reliquo angelorum uidelicet sacerdotum coetu. uel certae angelos. trans-
¶ gressores. id est spirituales nequitas in futuro examine iudicare dixit eccle-
¶ siam. Ac si diceret. Si subtiliores naturae refugas sp̄i iudicatur. sum
¶ quanto magis homines secundū carnē & non secundū sp̄m ambulantes
¶ secundū saeculū & non secundū dñm uiuentes. sequitur. Et animas
¶ decollatorum propter testimonium ihū. & propter uerbum dī. & qui
¶ non adorauerunt bestiam neq. imaginē eius. nec acceperunt caracterē
¶ in frontibus. aut in manibus suis & uixerunt & regnauerunt cum xpō
¶ mille annis. Cunctis uera scientibus liquet unam eandemq. ecclesiam
¶ esse nec diuisam nec separatam. quae cum & in quibus dñi membris suis.
¶ post laboris certamina cum xpō secunda regnat in caelis. & in quibus dñi
¶ membris suis adhuc in bello desudans undiq. suspecta cū xpō regnat in
¶ terris. Apostolo attestante quia ait. Propterea mortuus est xp̄s. & re-
¶ surrexit. ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Quod si hoc non recte
¶ sentimus. cur praesens ecclesia regnum dī. regnūq. caelorum uocatur.
¶ De quo etiam regno uirana ab angelis colligi narrantur. Quod si nunc

non regnat ecclesia in uiuis cum xp̄o. cur esaius propheta de ipso ecclesiae principe
 loquitur dicens. Paruulus natus est nobis filius datus est nobis. & factus est princi-
 patus eius super humerum eius & uocabitur ammirabilis consiliarius d̄s fortis.
 pater futuris saeculi princeps pacis multiplicabitur eius imperium & pacis non
 erit finis. Super solum dauid & super regnum eius ut confirmet illud & cor-
 roboret in iudicio & iustitia a modo & usq. in saecula saeculorum. An forte regnat
 xp̄s. nunc in uiuis & mortuis. ecclesia uero in solis defunctis. quis hoc dixerit.
 nū quid non solum securus in defunctis regnat in caelis. non regnat cū armis
 uirtutum ipsum regnū defendit in terris. Regnat certe nunc cum xp̄o.
 non solum in animabus decollatorū. uerum etiam in ipsis qui spiritaliter. coti-
 die moruntur pro xp̄o. quibus & dicitur mortuum enim estis & uita uestra
 abscondita est cum xp̄o in d̄o. Ex quorum rursum persona psalmista
 & apostolus dicunt. Propter te morte afficimur tota die. aestimatis sumus
 ut ues occasionis. Regnat in quā etiam nunc in singulis membris suis. In
 uiuis scilicet & mortuis. sed gloriosius in sc̄is martyribus. Et idcirco. An-
 mas decollatorum in gloria regnantium ceteris praetulit membris. In quib.
 totum ecclesiae corpus comprehendit. Quas & si exutas corporibus. tamen
 propter unitatem ecclesiae. uiuis in uita electis nouerat coniunctas.
 si enim separatae sunt ab unitate ecclesiae quid est quod apostolus dicit.
 Nos qui uiuimus qui residui sumus in aduentu d̄ni non praeeuermus eos
 qui dormierunt. Num quid n. unidem apostolus eiusq. in praesentiarum
 tunc temporis socii usq. ad aduentum d̄ni erant in carne uicturi. & certe
 ipsa repetitio uerborum indicat quia in animabus decollatorū a parte totū
 significans omnes electos comprehendit. siue scilicet & spiritaliter. in cor-
 pore mortuos siue per uigentem martyrii gloriam. uel in pace ecclesiae
 corporibus exutas. nam subditur. Et qui non adorauerunt bestiam neq.
 imaginem eius. nec acceperunt characterem in frontibus aut in manibus suis.
 & uixerunt & regnauerunt cum xp̄o mille annis. Num quid igitur ob aliā
 causam occisunt ab infidelibus martyres nisi quia non adorauerunt bes-
 tiam neq. imaginem eius. ut alios in animabus decollatorum alios in his
 qui non adorant bestiam intellegere uellet. Restat ergo ut in eis dem. ani-
 mabus decollatorū. totum electorū numerū comprehensū intellegam.
 Quid autē hoc loco per bestiam nisi diabolum eiusq. impiā ciuitatē. quae
 ex apertis infidelibus ac reprobis constat xp̄ianis debem̄ intellegere.

Ipsenamq. in infidelibus aperi tabestia. ipsem falsis xpianus imago est bestiae. quia hoc quod
illi a per as uocibus. hoc est contradicunt reprobis moribus. & quis sunt qui non ado
rant bestiam nisi qui & iudaeorum anachristum expectantium perfidiam
& hereticorum dogmata a gentium non secuntur errorem. Unde & ap^l
ammonet dicens. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quae enim paraci
patio iustitiae cum iniquitate. aut quae societas luci ad tenebras. quae autē
conuentio xpī ad belial. aut quae pars fidelium infideli. qui autē con sen
sus templi cum idolis. qui uero sunt qui non adorant imaginem bestiae
nisi qui non imitantur simulationem reproborum. eorum scilicet qui fidei
confessionem ore proferunt sed infideliter uiuunt. fingunt enim seē quod
non sunt. & ostendunt uerbis quasi ueracem effigiem regis. sed operibus fallacē
praetendunt imaginem peremptoris. De quibus per paulū dicitur. Confi
tentur se nos sedm. factis autem negant. hinc per iacobum dicitur. fides sine
operib. mortua est. hinc sonus & origo sapientiae dicit. Non omnis quidē
mihī dñe dñe intrabit in regnū caelorum. sed qui facit uoluntatem patris mei
qui in caelis est ipse intrabit in regnū caelorum. Ad eandem enim bestia per ti
nent. non solum a per inimici nominis xpī & eius gloriosissime ciuitatis. Ue
rum & iam uelania quae de regno eius. id est ecclesia in fine saeculi. colligendis
& in ignem mittenda. Ad utraq. autem conueniunt ea quae de scōrum con
stantia secuntur. ne acciperunt characterem in frontibus aut in manib. suis.
Repetitio enim sententiae est. hoc ipsum quod dixerat ad firmans. Nam hoc est
non adorare bestiam neq. imaginem eius. quod est non accipere characterem
in frontibus aut in manibus. & quid per characterem nisi infidelitatis nota.
Quid autem per frontem. nisi cuiuslibet uitae professio. Quid uero per manū
nisi opera exprimuntur. non accipiunt ergo characterem in frontib. uel qui
non recurrunt ad a per tos errores. uel qui non permanent in a per to errore.
Non accipiunt in manib. uel qui non maculant uitam fidei prauis operibus.
uel qui non usq. in finem perseuerant in ipsis. Ab his igitur malis alieni. siue
adhuc in isto mortalico corpore seu iam de corpore egressi regnant scī cū xpō
ratione quidam huic tempore congrua. quod numero signi ficatur mille an
norum. sequitur. Ceteri mortuorum non uiuerunt. donec consument
mille anni. Uiuunt enim post solutū carnis debitum scī feliciter. uiuunt enī
adhuc in corpore constituti uiuificantē spū qui mortui esse conprobantur
peccato. Illis namq. dicitur. quia ego uiuo & uos uiuetis. isti uero p ap^lm

De morte & resurrect
tione prima.

ss.

ss.

dicitur. mortuus est & uita uestra abscondita est cum xp̄o in dō. & rursum. Si enim conplantati facti simus similitudinem mortis eius. sub audis xp̄i simul & resurrectionis erimus. hoc scientes qui uetus homo noster simul crucifixus est ut destruat corpus peccati. ut ultra non seruiamus peccato. Atq. id ipse inculcando explanat dicens. Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. Si enim mortuus sumus cum xp̄o. credimus & iam quia simul uiuemus cum xp̄o. Atq. post pauca subiungit dicens. Quod enim mortuus est peccato. mortuus est semel. quod autem uiuit uiuit dō. Ita & uos existimate uos mortuos esse peccato. uiuentes autem dō in xp̄o ih̄u. Quibus etiam alibi ait. Obsecro uos per misericordiam dī. ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem. qui uero sunt ceteri mortuorum qui non uixerunt donec mille anni consumantur. Nisi & illi qui exeuntes de corpore aeterna poena dampnati sunt. Et illi qui hoc degunt in tempore a morte animae non reuixerunt. De quibus saluator in euangelio cuiusdam ait. Si enim mortuos. ut sepeliant mortuos suos. Ac si diceret. Dimittite uis qui inuis mortui sunt in anima. sepeliant exteriora mortuorum ead uera. Quod autem sic inter ponitur. donec consumantur mille anni. ita intellegendum est. Ac si diceretur. & hi qui iam aeterna poena dampnati sunt. eotempore quo post mortē quibusdam speratur uenia posse largiri. a perpetuis cruciatibus eripi nequeuerunt. & hi qui adhuc expectantur ut redeant. eotempore non uixerunt quod uiuere debuerunt. Transendo scilicet de morte peccati ad uitam iustitiae. hinc paulus dicit. Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutaris. hinc rursum ammonet dicens. Surge quid dormis. & exsurge a mortuis. & inluminabit te xp̄s. Si nunc hanc uocem audierint. & de morte ad uitam transierint. hora enim secundum saluatoris eloquiū nunc est quando mortui audient uocem filii dī & qui audierint uiuent. Hinc est quod uelatarum quatruiduanum suscitaret. magna uoce clamauit. hanc enim uocem qua nunc per gratiam xp̄i animae uiuificantur. Quis quis non audierit & de peccato ad iustitiam non resurrexerit. procul dubio cum illa dies aduenerit quos fiat. Corporum & iam resurrectionem. non ad uitam de monumentis procedent. sed ad iudiciū sed ad damnationem quae secundamors erit. Dño attestante qui ait. Ueni & hora uehi qui in monumentis sunt audient uocem filii dī. & procedent. qui bona fecerunt in resurrectionem uitae. qui uero mala gesserunt.

In resurrectione iudicij. & rursum. Ibi uncti in supplicium aeternū. iusti autem
in uitam aeternam. hinc per danihelem dicitur. Multi ex his qui in puluere
dormiunt euigilabunt. alii in uitam aeternam. alii in obprobrium ut uideant
semper. Donec ergo finiuntur mille anni qui cumq̃ non uixerint. sub audis
toti isto tempore quo agitur. prima & beata resurrectio animarū. non audi
erint uocem filij di. & ad uitam iustitiae de morte peccati transierint. profec
to in secunda resurrectione quae carnis est. ad mortem secundam uiderimus
cum ipsa carne transibunt. sicq̃ fidei ut & electi de uita iustitiae ad uitam
transiant beatitudinis per carnis resurrectionem & reprobi de morte
peccati ad mortem transiant ultionis per eandē carnis resurrectionem sequit̃.
Haec est resurrectio prima. Beatus & sc̃s qui habet partem in resurrec
tione prima. hinc certe cum eius manifeste datur intellegi in animab; decol
latorum superius omnem designatum fuisse summam electorum. qui in prima
resurrectione mille annis narratur cum xp̃o regnare. De quibus & subditur.
In hissecunda mors non habet potestatem. sed erunt sacerdotes di & xp̃i. & reg
nabunt cum illo mille annis. Nequaquam enim diceretur resurrectio pri
ma. nisi sequeretur & secunda. Si ergo in secunda resurrectionem
haec omnia quae superius narratur in prima resurrectione fiunt.
& quis quis in prima resurrectione partem habet. non de puluere ad
carnis resurrectionem. sed de peccato ad uitam animae transiit. Con
stat procul dubio quia in numero decollatorum uiuentes. mille annis
cum xp̃o regnant. Dicatur igitur. Haec est resurrectio prima. beatus
& sc̃s qui habet partem in resurrectione prima. Ac si aperte diceretur
Felix quidem adhuc in carne mortali uiuit. a morte animae resurgit.
Quia dum resurrectio carnis aduenerit simul cum eadem carnes soluit
doloribus fugatis moeroribus absterisq̃ lacrimis in aeterna letitia
uiuet. Ille enim post in carne feliciter resurget. qui in hac uita amen
tissimae morte resurrexerit. Ille inquam post in corpore feliciter
resurget. qui non solum a morte quae in peccatis est reuiuiscit. Uerū
& iam in eo quoreuixerit permanere studeat. quia non qui coepit
sed qui perseuerauerit usq̃ in finem hic saluus erit. hinc est illud quod
superius dictum est. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua.
nenudas ambulet. & uideant turpitudinem eius. Uestimenta ueni
custodimus. cum praecepta innocentiae in mentes seruamus.

ss.

ss.

ut cum nos iudicii culpa nudati. ad amissam redeuntes innocentiam paenitentia
 operiat. sequitur. In his secundamors non habet potestatem sederunt sacerdo
 tes di & xpi & regnabunt cum illo mille annis. subaudiis. habet in reliquis. De
 quibus iam supradixerat. Ceteri mortuorum non uixerunt donec consumen
 tur mille anni. Propterea scilicet qm toto isto temporis interuallo quod mil
 lenario designatur amorum numero. quantumcumq. in eo quis que eorum
 uixit incorpore. non reuixit amorte anime. Quod autem de electis dicitur
 In his secundamors potestatem non habet. sederunt sacerdotes di & xpi. &
 regnabunt cum illo mille annis secundum praecedentem intelligentiae. re
 gulam. non solum de his qui carne exiit post uictoriam in illa felicissima
 patria regnant. Uerum & iam de illis intellegendum est. qui adhuc in prae
 senti uita quae ut saepe iam diximus millenario amorum numero designa
 tur incertaminis bello laborant. Neq. enim regnare cum xpo desistunt
 hi. qui cum eo in acie contra hostes consistunt. Unde & apostolus hoc quod
 praemisimus dicit. Ad hoc xps mortuus est & resurrexit. ut & uiuorum & mortuorum
 dominetur. & quia xps rex & sacerdos nobis existit. Rex scilicet qui a
 regit quos condidit. sacerdos uero qui a semet ipsum pro nobis in cruce sacri
 ficium fecit. Recte membra eiusdem summi pontificis. ac regis sacerdotis
 esse & regnare dicuntur. Hinc petrus apostolus fidelibus dicit. Uos
 genus regum. regales sacerdotum. Quod omnino non de solis episcopis
 uel presbiteris. sed de his etiam qui & supra motus carnalium cogitatio
 num quasi super subiectas plebes legunt utis regnant. & uoluptates
 carnis exercitio scilicet certaminis mortificantes hostia uiua fiunt. De qui
 bus per prophetam dicitur. Isti sunt filii adoch. qui accedunt de filiis
 leui ad dnm ut ministrent ei. sadoch namq. latine dicitur iustus. Quis
 autem iustus est. nisi ipse cui dicitur. Iustus es dne & rectum iudicium tuum
 Qui uero sunt filii iusti. nisi hi de quibus scriptum est. quot quot autem
 receperunt eum dedit eis potestatem filios di fieri his qui credunt in
 nomine eius. Leui autem inter praetatus assumptus. Quis uero a dno
 assumptus est. nisi populus fidelis qui per sacramenta fidei a perfidis e
 segregatus. Omnes ergo qui instanter spiritalibus actibus intendunt. filii
 iusti sunt. & de filiis populi assumpta accedunt ad dnm ut ministrent ei.
 qui a de ipsis quoq. fidelibus eliguntur qui ad omnipotentis dnu minis
 terium ueniant. & caelestibus studiis pro eruditione populi insudent.

De bonis acinali
 ministris xpi

Sed nobis solle-ter inquirendum est. qui sunt quid dño ministrent. Neque enim omnes
qui legunt omnes qui praedicant omnes qui propria tribuunt omnes qui per
carnis abstinentiam corpus castigant. Omnes qui panem & uinum in com-
memoratione passionis xpi offerunt. Omnes qui ea quae mundi sunt derelinquunt.
Omnes qui assiduis uigiliis insistant. Omnes qui cotidianis lamentis semetipsos
afficiunt dño ministrant. sed qui in omne quod uiuunt in omne quod agunt
non suam sed dñi gloriam quaerunt. Qui enim legendo atq. praedicando
gloriam propriam quaerunt. largiendo quae habent & corpus in absten-
tia macerando. missarū sollempnis inherendo. bona mundi deserendo. assi-
duis uigiliis insistendo. cotidianis lamentis semetipsos afficiendo. laudes re-
cipere ab hominibus appetunt. sibi & non dño ministrant. Quo contra per
psalmistam dñs dicit. Ambulans in uia inmaculata. hic mihi ministrabat.
Habet enim maculam in uia qui in bono opere quod agit. transitoriae gloriae
sibi praemium proponit. Qui in hoc mundo recipere mercedem requirit. & fo-
dit in conspectu dispeciem boni operis maculae praeuae intentionis. fortassis &
enim quis discipulae studio intentus feruet. culpas delinquentium sese cat. qui
tamen ad haec agenda se non ex omni potentis dñi amore. sed zelo proprio du-
citur. sibi in his & non dño ministrat. Alius ne asper esse uideatur. multa leni-
ter tolerat quae praeue perpetrantur. Usque enim qui uideri pro dño districtus
non uult. per lenitatis suae studium sibi & non dño ministrat. Restat ergo
ut siue in uerbi ministerio fatigemur. seu indigentibus nrā largiamur. siue
per abstinentiam carnem domemus. seu zelomoueamur siue per patientiā
aliquando leniter praeua toleremus. seu aliquid ex reliquis bonis quae enu-
merata sunt faciamus. ut nos summo opere debeamus in intentionem nrā dis-
cutere. Quatenus omne quod agimus non inanis gloriae cupiditate
sed dñi amore agamus. Ne in his quae facimus nobis potius quā dño mi-
nistremus. Neq. enim dño sed sibi ministrauerunt. De quib. paulus di-
cebat. Omnes quae sua sunt quaerunt non quae ihu xpi. Is de uero pau-
lus cum coelectis fratribus non sibi ministrare sed dño. & uiuendo & mo-
riendo festinabat dicens. Nemo nr̄m sibi uiuit & nemo nr̄m sibi morit̄.
Siue enim uiuimus dño uiuimus. siue morimur dñi sumus. sibi enim sc̄i
nec uiuunt nec moriuntur. sibi non uiuunt quia per omne quod agunt
ad lucra spiritalia inhelant. Atq. orando praedicando sc̄is operib. insis-
tendo. caelestis patriae ciues multiplicare desiderant. sibi minime

moriantur. Quia in conspectu hominum dñi de sua morte glorificant. ad quem per
 uenire & immoritando festinant. Pensamus itaq. in morte eorum. quantum eorū
 obprobrium ab infidelibus fuit. sed quantum laus dñi in corde fidelium excreuit.
 Quis suam laudem quaerent. profecto patitur obprobria in morte. tum uis
 sent. Sed nemo nostrum sibi uiuit & nemo sibi moritur. quia suam gloriam
 nec uiuendo nec moriendo quaerunt. Uideamus si ipse primus pastor. ec
 desiae quis sibi non iuxta. sibi sit mortuus. Iohannes eius socius requiratur.
 & de uerbis dñi ex morte pastoris eius dem dicat. hoc autem dixit. significans
 quia morte clarificaturus esset dñm. Non ergo sibi est mortuus quidē clar
 ficauit in morte. Discamus igitur intentionem nostram in omne quod ag
 mus sollicita inquisitione discutere. & nostra non quaerere. si omni po
 tenti dño uolumus ministrare. Formidolose namq. debemus audire.
 hoc quod de quibusdam ueritas dicit. Omnia opera sua faciunt. ut hono
 rificentur ab hominibus. Amen dico uobis. receperunt mercedem suam.
 Sed quia qualia esse debent membra summis sacerdotis diximus. nunc ad
 propositum ex positionis ordinem redeamus. sequitur. 7

Et cum consummati fuerint mille anni. soluetur satanas de carcere suo
 & exi bit & seducet gentes multas quae sunt super quatuor angulos
 terrae. gog & magog. & congregabit eos in bellum quorum est nume
 rus sicut arena maris. Duas maliarum gentium seductiones esse quarū
 una nunc agitur altera in nouissima persecutione completur. paulo
 superius secundum uires nostras exposuimus. Una & enim est qua nunc occultus.
 hostis innumerabiles gentes decipit & aqua diuinitus non prohibetur. Illa
 scilicet qua agitur ut infideles ad xpi cognitionem ista nunc tempore non
 pertingant. Altera uero est aqua & nunc religatur. & quandoq. in fine
 saeculi soluetur. Quae uidelicet fid. ut in electorum necem cunctas gene
 ras reprobis gentes unanimes atq. concordet efficiat. & quidem
 easdem gentes iam ad hoc seduxit. ut contra ecclesiam desae uerent. sed qui
 a acrior erit in manibus nouissimae persecutionis quae ut dictum est contra
 ecclesiam omnes reprobas gentes seductae unanimes exsurgent. Idcir
 co ad comparationem illius ultimae seductionis. ista qua nunc agitur. seduc
 tio esse non dicitur. Ad hoc ergo tunc seducet. ut generaliter in publicum
 bellum pertrahat. nam & ante amodis quibus poterat per innumera &
 graua scelera seducebat. Exhibita autem dictum est ad apertam perse
 cutionem de laebris eorum per odiorum. Quae scilicet persecutio.

De absoluteione satanae.
 & gog & magog.

quanon speculis. sed ut dictum est generalis. id est non in partibus sed ubique. quomodo
uniuersa ciuitas anni ab uniuersa patietur bestiae ciuitate. non iam ad uabur sicut quidam
arbitrati sunt gentibus. gog & magog. ipsa persecutio. sed ab omnibus seductis gentibus.
Exsurget. Putauerunt enim plerique gog & magog propter primas horum nume-
rum litteras getas & massagetis specialiter fuisse designatas. sed absque utriusque tantum
modi gentes tunc diabolum seducturum esse credimus. Maxime cum & in eiusdem
gentium nominibus gog scilicet & magog. iuxta istam historiae litteram gentes mul-
tas legamus insertas. sicut enim dicitur. Exhibet & seducet gentes multas. Sicut gomul-
tae. quomodo gog & magog duae tantummodo. Nisi quia ut dictum est in eiusdem
duobus gentium nominibus omnes reprobae gentes scribuntur. Nam & ipse caeli
plagae. id est quattuor anguli terrae in quibus praefatae gentes figuratim sedere
dicuntur. sic sepe significant summum reproborum sicut plerumque solent desig-
nare omnem plenitudinem electorum. Sed neque gete & massagetis quattuor
incolunt angulos terrae. sed suis terminis intra alias coartantur nationes. Dicunt
& iam alii alexandrum magnum machedonem in partibus aequilonis has gentes
gog & magog induisse. eisque in tantum multiplicatis fuisse. ut uiginti & quattuor
regna deserere didissent. Sed haec sententia humana est non diuina. Quae scilicet
& si uera esset. de illis tamen hoc in loco dictum non fuisse quis ignoraret. cum istae
gentes non in una parte caeli sicut illae in aequilonis. sed in quattuor plagis caeli habi-
tare dicuntur. Quae tamen uerbo cur reproborum multitudo gog & magog. nomine
designetur. gog namque interpretatio sonat tectum. magog uero de tecto. Quid
igitur per gog id est tectum intellegimus. nisi reprobas gentes in quibus nunc tegi
inimicus. & qui uidem malignus hostis eiusque sequaces. Caput scilicet & membra
unum sunt corpus gog id est tectum ad membra. magog uero hoc est de tecto. ad ca-
put referre uidetur tanquam scilicet domus & ipse qui procedit de domo. Ergo
ut dictum est gentes sunt in quibus diabolum uelut in abisso superius intellegeba-
mus inclusum. & ille quodammodo de ipsis egrediens & procedens. ut sicut uin-
culando praemisimus. illae sint tectum. iste uero prorumpens de tecto. Si uero
ut melius utraque nomina referamus ad gentes. & non unum horum ad illas alterum
uero ad diabolum & tectum ipsae sunt. quia & inimicus in eis inuolatur & contra
bonos erumpere non ualentes in fra latebris odiorum tabescunt. & de tecto ipse
erunt quando in aperta persecutione prorumpent. Congregat sane eas de
gentes in proelium uelut inimicus. non ut ad unum eas locum colligat. sed ut dic-
tum est in necem sanctorum uitas atque concordies efficiat. De quibus etiam adhuc
subditur. Et ascenderunt super latitudinem terrae. & circumierunt castra

15. scōrum & dilectam ciuitatem. Cum dñs in euangeliō dicit. multi uenient ab oriente
 & occidente & ab aquilone & austro & accumbent in regnō dī. & rursum. Oportebat p̄
 xpm̄ & resurgere in tertīa die & praedicari in nomine eius p̄nitentiam & re-
 missionem peccatorum per omnes gentes. & iterum praedicabitur hoc euangelium
 in toto orbe. & tunc ueniet consummatio. Constat nimirum quia usq; ad quat tuor-
 cardines caeli pertendit ecclesiā dī. quae scilicet quia aduersariorum insidias praec-
 auet recte ciuitas. Quia uero in publico certaminis bello desudat bene castra uocatur.
 Si ergo omnibus gentibus erit ecclesiā dī. quo ascendent reprobae gentes ut castra
 scōrum & dilectam ciuitatem circumueant. Neq; enim ut praecedenti uersiculo iam
 diximus ad unum locum uenturae credendae sunt gentes ut castra scōrum & dilectā
 ciuitate circumueant. Quia nec in uno segregato loco futuraerunt eadem castra
 scōrum & dilectā ciuitas cum haec non sint nisi xpi ecclesiā toto orbe diffusa. Quia
 obrem ubicumq; tunc erit quae sine dubio in omnibus gentibus erit quod signifi-
 catum est nomine latitudinis terrae. ibi erunt castra scōrum ibi dilectā dō ciuitas
 erit. Ibi ab omnibus inimicis suis immanitate illius persecutionis cingentur. pressu-
 rarum angustis coartabunt. odiorum insidias concludentur. Nec tamen credendum est
 quod militiam suam deserat & succumbat. quae uocabulo est appellata castrorum
 siquam in omnibus gentibus uicerit ecclesiā xpi quae reprobae gentes ascendent
 ut eandem ut cum eant ecclesiā xpi. nisi quia una quaeq; illarum in loco habita-
 tionis suae ascendet. id est in a per tam per se cutionem contra bonos per tempo-
 ralem potentiam exsurget. Si enim dicitur. Ascendentur super latitudinē
 terrae & cingentur castra scōrum. ac si diceretur. per omnem terram habita-
 tionis earum. electorum ecclesiā pressuris ar-tauerunt. Inde ascendentes
 unde contra electos tumentes. Caput scilicet suum imitantes quid dixit. ascen-
 dens super altitudinem nubium. ero similis altissimo. & hic quidem super alti-
 tudinem nubium. illi uero super terrae latitudinem ascendunt. quia uidelicet
 caput specialiter contra dñm. membra uero generaliter contra electos. De qui-
 bus etiam per psalmistam dicitur. Superbia eorum quae oderunt ascen-
 det semper. si ep̄issime enim ascensus nomine. superbiorum exprimitur
 elatio. Unde & in hac apocalypsi de societate diaboli dicitur. uidi demaribes-
 tam ascendentem habentem capita septem & cornua decem & super cornua
 eius decem diademata & super capita eius nomina blasphemiae. & rursum.
 Uidi bestiam ascendentem de terra & habebat cornua duo similia igni & loque-
 batur sicut draco. quo contra aliquando ascensus in bonum accipitur. sicut in can-
 tibus canticorum de electis ecclesiā sponsosuo dicit. Capillitui sicut grex caprae

de pleccutionib; bonoꝝ

quiescenderunt de monte galad. Dentem sicut greges conseruati. quiescen-
derunt de lauacro. omnes gemellis fetibus & sterilibus non est inter eas. hinc prae di-
catori plebum dicitur. Super montem excelsion ascendet. que uangelis as-
sion. Sed illa superbia uertit. ista ab humilitate ut nullum casum incurrit.
Unde scriptum est. Omnis qui se exaltat humiliabitur. & qui se humiliat exalta-
bitur. hinc propheta ait. Omnis uallis implebitur. & omnis mons & collis
humiliabitur. De reproborum enim persona dicitur. Uidum pium super ex-
altatum & eleuatum sicut cedros libani. transiit & ecce non erat. quae si uicium
& non est in uentis locus eius. De electo uero per eundem psalmistam dicitur.
Ascensus in corde eius disposuit in conualle lacrimarum in loco quem disposu-
it. O si considerare possemus quae erit illa tunc uirtus scorum quae inter
signa & prodigia uirtutes & miracula inter saecula in honorem atq.
potentiam quibus aduersarius xpi super latitudinem terrae ascendere dicunt
ita durabilis ita inflexibilis permanet. ut miraculis pene aliena uerbis.
afflicta flagris interrogata carceribus tradita. eculeis suspensa ad conualle
tantum plorationis mentis ascensu super affligentes eleuetur. Non quanto
eas falsis prodigis inulescere. ac saeculari potentia eleuari magis gres con-
spiciunt. tantum per internam constantiam quae quid ab his fieri. uel sibi ui-
beri cognoscunt. Calcias pensionis praemunt. ut tanto gloriosiores
de uictoria palmas reportent. quanto & inter signa atq. flagella sinemira-
culis aduersarius resistunt. sequitur. Et descendit ignis a deo de caelo. &
deuorauit eos. Scorum patrum sententias potius debemus credere. qua
nobis dentis ad plaudere. & quidem propter consonantiam sequentis uer-
sicuti potueramus forte hoc loco per ignem intellegere. aeter num suppli-
cium. quo impios nouimus cruciari. Sed quia beatie recordationis. au-
gustinus hunc uersum exponendum assumens. caeli nomine ecclesiam.
Ignis uero appellatione inuidum significari dixit. illi magis quam nobis
credimus. hoc autem solum modo requirendum est quomodo de ecclesia
quod caelum uocatur. ignis in uidentiae super reprobos a deo descendit
eosq. consumat. Sciendum enim quia dum omnis deus. per ecclesiam suam
quam inhabitat uerbum praedicationis in reproborum aures iaculat.
dum eam inter motes & uerba fortissimam tam quam caeli firma-
mentum reddat. super eos ignem uel descendere compellit. Quasi enim
a deo ignis de caelo descendit. cum ex audita diuini uerbi praedicatione
aduersarius luor inuidiae ad crescit. Et unde alius firmitas stabilitatis

in dillis descendit flumen aluoris. Sicut paulo attestante. ex uno xpi bono odore
 alii uisificantur alii moriuntur. Latent. Xpi bonus odor sumus dō in omni loco
 & in his qui perierunt & in his qui saluati sunt. & alius odor mortis in mortem. alius odor
 uitae in uitam. De hoc namq. igne qui aduersarios consumere dicitur. alius scriptū ē.
 Iesus adprehendit populum in eruditiū. & nunc ignis aduersarios consumet. hinc
 est & cum quodmissio in terra ignis sp̄s sc̄i quē dñs uoluit accendi. ut uapores terrae
 in malis arsisse describitur. hinc descs̄i praedicatoribus dicitur. si quis eos uoluerit
 nocere. ignis exiit de ore eorum & deuorabit inimicos eorū. & si quis eos uoluerit
 ledere sic oportet illum occidi. & si diceretur. Si quis reproborū sc̄is praedicta
 ribus persecutionem in ferre temptauerit. eorū uerba quae in alius caritatis flā
 mā accendunt. illis odiorū incendiū per meritū probationis subministrabunt.
 Quod autem dicitur. si quis eos uoluerit ledere. sic oportet illum occidi. sub iudiciū ē.
 non eos hic oportet uindictam recipere. sed in sola uinua incendio sui luoris
 perire. Quod mysticem historiam nunc factum fuisse cognoscimus. cū ad uerba helig
 duos quinquagenarios ignis de caelo descendens consumpsit. Sed quia paulo
 superius millenario annorū numero praesens ecclesiae tēpus quantumlibet in lon
 gū protolatur. significari diximus. eandemq. ecclesiam non solum in his qui iam
 post laborem certaminis sarum carnis deposuerunt. uerum & iam in his qui
 adhuc in bello certaminis carnis uestigia desudant. usq. quo per acta nouissima
 persecutione apparente xp̄o ad iudicandū saeculū per ignem. omnes in dūmō
 non uestiantur in corruptionis. modis omnib. regnare cū ipso redemptore.
 asserimus. magna nobis & difficilis immo & iam ad soluendū p̄ene impossibilis
 exortur questio. cum propinquante nouissima persecutione quare tēpore. &
 sex mensibus contra electos desuud. de diaboli solutione dicatur. Cū consu
 mansuerint mille anni soluetur satanas de carcere suo. in quib. scilicet uerbis
 ab hoc millenario numero tres illinoouissime persecutionis anni & sex men
 ses excludi uidentur. Sed rursum cū descs̄i siue in carnis exuitis. siue adhuc in
 corpore uiuentibus dicatur. Annis decollatorū propter testimonium ih̄u
 & propter uerbum dī & qui non adorauerunt bestiam neq. imaginem eius
 nec acceperunt caractere in frontib. aut in manib. suis & uixerunt & regna
 uerunt cū xp̄o mille annis. Quia praecipue in ipsa persecutione cum dño
 sc̄i regnabunt. aut ab eodē numero nequaquā uidetur excludi. Aut certe
 eodem narratur super aduingu. Quā obrem quia prius desinit alligatio di
 aboli. quā regnū sc̄orū quod utrūq. significatū est millenario annorū numero
 tēpus illud nouissime persecutionis quā uis exiguū utrū ad mille annos p̄tinet

quibus & diabolus ligatus dicitur. & scōr regnare cū xpō. ante domini hōs p̄tium super addit
atq; extra computatur merito ambigatur. Quasi dixerimus ad eosdem mille annos tempus
illud pertinere. procul dubio non tantotempore sed prolixiore cū xpō regnū scōrū repperiet
extendi. quā alligatio diaboli. & certē si cum suo rege & iam ipsam maxime persecutione
et p̄tium sumus regnabunt. multo tunc uenietes quando uindiabolus non erit alligatus.
sed solutus. ut eos uirib; omnib; persequi possit. Quomodo ergo haec uoluntate eius de mille
annis utrūq; determinat. Diabolus scilicet & alligatio nē regnūq; scōrū cū tōrū annorum
& sex mensuum in teruallo. prius designat alligatio diaboli quā regnū scōrum in his mille
annis cum xpō. Si autē dixerimus parū illud persecutionis tempus nobis computandum
in mille annis sed et simpliciter potius adiciendum. ut proprie possit intellegi quod cū dixerit ser
uati dōcti & xpī regnabunt cū illo mille annis adiecta. & cum finiti fuerint mille anni
soluetur satanas decarceresuo. quod scilicet modo & regnū scōrū & uinculū diaboli simul
cessaturū eē significat. Ac per hoc persecutionis illius tempus nec ad scōrū regnū nec ad
custodiam satanae quod utrūq; mille annis determinatur pertinere. sed super additū
atq; extra non putandum esse credimus. cogimur fatē scōs in illi persecutione regna
turos non eē cum xpō. Sed quis uel desipiens audeat dicere. tunc cū illo non regnatura
sua membra quando e maxima atq; fortissime cohererunt. & quotēq; quanto erit
acrior impūs belli. tantomaior gloria non cedendi. Quanto durior pugna. tanto
densior martyri corona. Quocirca cū xpō regnantiū plures erunt annis scōrū. quā
alligationis diaboli. Sed nūquid hanc questionē tā magno sudoris certamine uentilatā
ita praeteribimus. ut de absolute eius. & si pede temptum quod sentimus. non aperiam.
fieri carelinquitur. non eius nodum absoluisse uidemus. sed quā esset ad soluen dum
perplexa ostendisse. Sciendum igitur nobis est quāsi cū millenarius numerus in scrip
tura sacra mysticus habetur. Ac per hoc quibusdam locis. non ad supputationē litterae
sonantis. sed ad significationē referatur. sicut illud. uerbi quod manducet
in mille generationes. sic potest hoc loco in singulis suis partib; diaboli scilicet & alliga
tionis. regnūq; scōrum diuersis ac propriis prolixitates habere. Ut uidelicet. am
pliores regnū scōrum. breuiore uero alligationis diaboli annos designet. Quod sitatē
restat ut cū audimus sacerdotes dī & xpī regnabunt cum eo mille annis. & cum finiti
fuerint mille anni soluetur satanas decarceresuo. Nequaquā in praesenti uita scōx
intelligamus annos mille finiri. sed alligationis diaboli. Alligatio & enī hostis nostri
quae tempore redemptionis coepit. sed hic finem non accipit. quam obrem in regno
scōrū millenarius numerus praesenti tempore uita aeterna coniungit. In alligatione
uero diaboli. tunc praesens tempus usq; ad nouissima persecutionē designat. Dicit
ergo de membris summi pontificis. regnabunt cum eo mille annis. ac si aperte diceret.

¶. quandoque in fine saeculi medio tempore esse desinet. Regnam uero scōrum hic quidem incipit. ¶.

a tempore inchoationis regnicorum. subaudi. a tempore redemptionis usq. in aeterna
 seta. ac sine fine manentia. Dicatur de utroquo aduersario. Ligauit eum per unum mille
 & cum consumatis fuerint mille anni. soluetur decem coresuo. tã quã ducetur. Atemp
 quidem inchoationis regnicorum. Alligatio ipsius coepit. sed manente regno scõrũ
 modico tempore quandoq. ee desinit. Absit utem ut millenarius annorũ numerus.
 regnicorum finem significarẽ. Cum hostis nri alligati onem quuidoq. futurum
 demonstrare uellã. scriptũ quippe est. Regnũ tuum dñe regnũ omnũ seculorum
 subaudi. & presentium & futurorũ seculorũ. hunc per danhelem dicitur
 In iob. regũ illorum suscitabit dñs caeli regnũ quod in aeternum non dissipabitur
 & regnum eius populo alteri non tradetur. Communu & autem & consumer. un
 uersa regna hec. & ipsum stabit in aeternum. Si enim ipsum regnũ uideli col
 electorum ecclesia in aeternum stabit. millenarius annorũ numerus in partescõrũ
 per perpetuam regnandi demonstrat. Quod electorum uel dicitur est regnum hic
 quidem cum alligatiõne diaboli inchoat. sed cum illa desinit. istud in infinita saecula
 pertenda. Posthanc autem comemoratiõnem nouissimae persecutiõnis totum
 breuiter complectatur. quod ultimo iudicio antiquus hostis eiusq. societas passura est.
 Nam sequitur. Et diabolus qui sedebat eos missus est. in stagnum ignis & sulphuris.
 ubi bestia & pseudo propheta est & cruciantur die ac nocte in saecula saeculorum.
 Sicut pro locorum qualitatibus solet auctor huius historiae appellatione bestiae. spe
 cialiter nunc antichristum designat. pseudo propheta uero praepositos cũ subiectis
 plebibus. uel certe ut quidam intellegunt bestia. e. ipsa diaboli ciuitas. id est uni
 uersum eiusdẽ nequissimi sp̃s corpus. Pseudo propheta uero eius. antichristus.
 Cur autẽ reproborũ tormenta stagnum ignis & sulphuris ee. dicantur. supra iã
 diximus. pro eo saluã quod aeterna poena quas suscipit dimergit. recte stag
 num. pro eo uero qd̃ eos. quos dimergit simul & exurit perpetuis fetorib. replet.
 Congrue designatur per sulphurem. Sed cum in reproborum tormentis nequaquã
 dies in luce sit sed nox aeterna per seueret. Dño attestante quia. Me oportet
 operari operaeius quum sit me donec dies est. Ueniet autem nox quando
 nemo potest operari. Uel cum de quolibet impio dicitur unesse. In futurum faciet.
 Tollite eum & ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.
 Quid sibi uult quod in pu in inferno positi die ac nocte cruciari dicuntur. Nũ quid
 nã tunc uicissitudo temporũ erit & non potius apud electos aeterna dies. apud
 impios uero aeterna nox. Sed sciendum nobis est quia pro defectu mutabilitatis
 malorũ diem & noctem ponere uoluit. hunc mutabilitatis reproborũ defectum
 paulus conspiciens ait. Omnes quidem resur gemus sed non omnes immutabim.

¶ pro eo uicem quod eos quos dimergit exurit. digne per ignem.

Propriet hunc malorum mutabilitatis defectum confinetis. amorum curricularum
pora iam non succedant. Angelo confirmante. qui iam tempus non erit. alibi dicit.
& erit tempus eorum in aeternum. desidicere cur. Sine omnino modo defectu
deficient. hi quia contemplatione ad eternitatis recedunt. Die ergo ac nocte in sa
scolorum cruciantur & reprobi sub audis & defectum mutabilitatis indefinenter pati
untur. & tamen deficiendo non quam deficiunt. qui in saecula saeculorum ipse mu
tabilitatis defectus perseverat. Uel certe die ac nocte cruciantur. quia & ex
reco data electorum uita quam imitari noluerunt. & ex memoratis facinororum
suorum iniquitatibus afficiuntur. Quasi enim in die cruciantur. cum ad me
moriā reuocant bonum quod agere ipsi noluerunt. & quasi in nocte tor
quentur. cum malum quod uoluntate amiserunt ad notitiam sui reducant.
Dies enim in saeculo quo. aliquando uita uisita. & nox saepe accipitur uita
peccatoris. Iuxta hunc ergo intellectum cum die & nocte cruciantur. Non
solum de suis & reprobis actionibus quasi in hunc per peccauerunt. uerum
& iam de aliorum sanctis operibus quas imitari noluerunt in aeternum torquentur
sequitur. Et uidit thronum magnum & candidum & sedentem super eum
acutus aspectu fugit terra & caelum & locus non est in uentis ab eis. Prae
occupata narratione hoc quod praecedenti uersu exposuimus de malorum
tormentis inter seruit. Nunc autem recapitulando quid in iudicio
quidem impij iudicabuntur agatur contextit. Quid igitur in throno
magno & candido accipimus. nisi electorum ecclesiam. Bene uicē candi
dus esse thronus perhibetur. quia recepta carnis in corruptione. Nil uim
tunc ex ueritate prioris uitae in electis remanebit quod nigredinis macu
lam super duat. Sed cum dicit de semetipso dicit. Cum sederit filius ho
minis in sedem uestitus suae. tunc congregabuntur ante eum omnes gen
tes & separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis. Quomo
do nos hunc thronum magnum & candidum ecclesiam dicimus esse. ante
quem electi simul cum reprobis congregari dicuntur. quo modo inquit
ipsa & thronus. & ante thronum consistens. Nam & apostolus dicit. O
por tet nos ad stare ante tribunal xpi. ut referat unus quisq. propria
corporis prouersus. siue bonus siue malus sit. Quia propter suendum
est nobis. quia scilicet ecclesia in eo quo a praesidente conditor regitur. sedes
uocatur. In eouero quo examinatur. ante sedem. id est ante se ipsam
ante consuetudinem uidelicet suam quae uel regitur. uel examinatur
ad stare perhibetur. Quod tamen melius intelligimus. sic ante ecclesiam

De iudicio

55.

55.

55.

Quod tamen melius intelligimus. sic ante ecclesiam

& in quibusdam membris suis thronum. & in quibusdam ante thronum stantem dicimus.
 Nam cum omnem ecclesiam dominus singulariter praesidet. specialiter tamen illi sedes
 dicuntur. qui cum domino sedentes iudicant. De quibus scriptum est. Illic sederunt sedes
 in iudicio sedes super thronum dauid. Potest autem per thronum magnum & cari-
 didum. solum iudicium potestatis intellegi. Hoc scilicet & tropica locutione scrip-
 tura sacra designante per thronum quod agitur in throno. Valde autem ammi-
 rabilis spectatio sub inferis. cum de throno iudicatur. ac uisus aspectu fugit
 terra & caelum. & quid est ab eius aspectu terram & caelum fugere. nisi corpora
 lum ignium concrematione speciem suam immutare. Petro attestante quia.
 Aduenit dies domini utitur. in qua caelum magno impetu transierit. elementa uero
 calore soluentur. Hinc dominus in euangelio ait. Caelum & terra transibunt. uer-
 ba autem mea non transient. sub audis. transibunt per ignem ab ea specie qua
 nunc habent. sed ostendent pulchriorem quam nunc celant. Unde & in hac apocalypsi
 post paululum subditur. Uidit caelum nouum & terram nouam. Primum enim caelum
 abiit. & prima terra. quod nos quoque exemplo colligimus. qui hiemalium dierum reuo-
 lutionibus. uerum tempus abundantiam ore solis lumine superius splendescere.
 uarietate florum inferius candelae conspiciunt. Hinc est quod pro quidam
 similitudine regni dei aeterni comparatur. Si enim uero quae antumodo ipsa
 elementa per ignis conflagrationem transibunt. quae iam diluuii quondam effu-
 sione perierant. Uideri uero per petrum dicitur. Caelum prius & terra
 de aqua. & per aquam consistens de uerbo per quae illa tunc mundus aqua inun-
 ditus perierat. Caelum autem quae nunc sunt & terra eodem uerbo reposita sunt igni
 referuntur in diem iudicii & perditionis impiorum hominum. Inter haec autem
 indiscusse praeterire non debemus quod quidam minus caute scripturae sacrae
 lectionem considerantes. prius caelum & terra per ignem transire & tunc dominum
 ad iudicium uenire. Quidam uero ante resurrectionem mortuorum & iudicium
 fieri. & sic caelum & terram per ignem transire confirmant. & istos enim
 & illos minus circumspicere interitum ofesellit. Si enim elementa caloris igne
 ante soluentur quam dominus ad iudicium ueniat. quid est quod apostolus dicit.
 Dies domini declarabit quia in igne reuelabitur. quid est quod psalmista dicit. Ignis
 in conspectu eius urdebit & in arcum eius tempestas ualida. Quid est quod petro
 dicente praemisimus. Aduenit dies domini utitur. in qua caelum magno impetu transi-
 ent. elementa uero calore soluentur. Rursum sicut quidam adfirmant &
 dicunt. prius resurrectio mortuorum & iudicium fieri quam caeli & terra tran-
